

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

16

g. I. 13

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Organum Uranicum. J I 13

SEBASTIANVS MUNSTERVS.

HABES IN HOC LIBRO.

AMICE LECTOR, EXPLICATAS THEORICAS OMNIVM  
planetarū, atq; eorundē uarios, singulos & quotidianos ad annos usq; c & ultra expre-  
sos motus, Lunæ quoq; in lumine crescentis, senescētis & per eclipsim deficientis, & item  
Solis deliquiū patientis, omnē uarietatē: quibus omnibus cōmodi adiecti sunt canones.



Munster, Sebastianus. Organum Uranicum.... ex-  
plicata theoricas omnium planetarum, atq; eorun-  
dem uarios, singulos et quotidianos ad annos usq; c et  
ultra expressos motus, Lunæ quoq; in lumine crescentis,  
senescētis et per eclipsim deficientis, et item Solis  
deliquiū patientis, omnes uarietates: quibus omnibus  
commodi adiecti sunt canones. Basileae, apud  
Henricum Petrum, mense martio, anno 1536.

3 cc. non num, 1 carta con una figura/manca),  
40 pp., 1 carta bianca, 1 cc. non num, 1 carta  
per l'impressum e la marca tipogr. - Grande  
figura al titolo, 8 figure schematiche, 24 figure  
delle quali 11 mobili e numerose lettere iniziali  
in legno.



BASILEAE APVD HENRICVM PETRV M, MEN-  
SE MARTIO, ANNO M. D. XXXVI.


Organum Oranicum.

SEBASTIANVS MUNSTERVS.

HABES IN HOC LIBRO,

AMICE LECTOR, EXPLICATAS THEORICAS OMNIVM  
planetarū, atq; eorundē uarios, singulos & quotidianos ad annos usq; c & ultrā expre-  
sos motus, Lunā quoq; in lumine crescentis, senescētis & per eclipsim deficientis, & item  
Solis deliquiū patientis, omnē uarietatē: quibus omnibus cōmodi adiecti sunt canones.

2173



BASILEAE APVD HENRICVM PETRVM, MEN-  
SE MARTIO, ANNO M. D. XXXVI.

PRAECLARISSIMO ATQVE ORNATISS. VIRO, IOAN. GVV  
luelmo à Loubenberg in Vuageg, omnis literaturæ antistiti, &  
domino suo pientissimo.



Lapsi sunt ab hinc anni circiter duodecim, uir ornatissime atq; doctiss. quando Iacobus Kobelus, piæ memorie, bonorum studiorum singularis patronus & benignus auctor, Notarius & Typographus imperialis oppidi Oppenheimensis, homo Mathematicarum disciplinarum scientissimus, id quod non paucis nec uulgaribus speciminiis in publicum editis comprobauit, me pro more suo adiens, quippe qui cum mihi diutina & arcta intercesserat amicitia, uidit laborem, quæ tunc partim molitus fueram, & partim adhuc moliebar in Theoricis, & retrusiori quæ de planetis habetur scientia, cui studio tunc unice addictus eram, ferente mihi suppetias non contemnendas, insigni illo uiro & Mathematicorum Germaniæ pro illo tempore facile principe, Ioanne Stœflero: Et hic uix calamo exprimere ualeo, quanto gaudio ille meus Kobelus perfusus exultat communis studiosorum nomine, quod ea quæ haec tenus in Theoricis planetarum tanta uel obscuritate uel difficultate fuerant tradita, unde etiam multorum ingenia deterrita, mox ad primum gustum resilierunt ab eo nobilissimo pariterq; pulcherrimo studio, ea inquam à me tanta traderentur perspicacitate, immo ob oculos uisenda statuerentur, ut nemo, quantumlibet etiam ignavi aut inertis ingenij, facile hanc diuinam & cœlestem artem contemnere aut fastidire posset. Desinet, inquit, citra ullam controuersiam multorum illa communis querela, paucissimorum hominum ingenia ad hanc sublimem capessendam artem nata, ubi hunc tuum uel per transennā inspexerint librum. Nihil enim uideo tam inuolucrum, tamq; obscurum, arduum, difficile & retrusum in planetarum circuitibus & motibus, luminum cōgressibus atque obscurationibus, quod non in tuo opere claris, apertis, familiaribus & ad oculum demonstratis figuris atq; exemplis reseaueris. Haec tenus ille. Quæ quām uera sint, & qui lectoris esto iudicium. Fieri potest, ut conatum nostrum uires desituerint, non autē promptam uoluntatem, ille uero sinceri amici officio functus, omnia candido inter-

† 2 pretatus

pretatus sit pectore. Scio susceptum labore esse uarium atq; ualissimum, & qui in immensum eusurus esset uolumen, si iusta tractaret cura, debitoq; explicaretur ordine. At quis sum ego, qui cœlestia digne queam tractare, cui terrena adhuc sunt incompta? Quis nouit quæ aguntur in cœlis, nisi is qui descendit de cœlis? Sed exposita est oculis nostris machina illa cœli amplissima atque nobilissima, futura nostra perpetua habitatio, uidemus uarium eius motum, fruimur beneficio lucis, sentimus influentias, experimur mutationes, nedum in corporibus nostris, uerum & in omnibus terrænascentibus: licebit igitur nobis philosophari de his dei operibus, quæ ille in cœlis & per cœlos operatur, licebit numerare dies, menses, annos, temporum interualla, anni partium successionē atq; uicissitudinem, quæ omnia cœlorū motu constant, licebit & tandem motū ipsum numeris & cancellis comprehendere, præsertim cū is sit regularis, perpetuoq; eodē curat & recurrat tenore, nec unquā quām diu fuit & futura est habitatio hominum in terris, per creatōrē sit interruptus aut interrumpendus, nisi qđ prodiderunt sacrē literē factū sub Iehosua duce Israēlitarū atq; Hizkijahu rege Iehuda. Dicet hic aliquis: tu igit tam diligēs cœlorū obseruator fuisti per tam modicos, qbus uixisti, annos ut motus tā multiplices, suis p omnia quadrantes orbibus, paruis instrumentis incarceraueris? Respondeo, me non meam sed ueterum inuentionem & obseruationē hic tradere, aliudq; nihil præstare, quām quod illi in numeros retulerunt, illud ego pro ingenij mei tenuitate in instrumenta conuerti, id quod & multi alij ante me fecerunt, sed difficilior fortassis modo, quām ut simplex lector principijs huijs discipline destitutus, illis pro uoto uti possit. Certe ut ingenue fatear, ego cum ad hęc instrumenta conscribenda accingerer, hunc unicum mihi prescriptis copum, omnia quę mihi desuper sunt data, fideliter communicare, & nihil difficile, arduum, laboriosum aut indigestum scribere, sed omnia clare & aperte ob oculos ponere, ut uel puer iam Theoricas edoceri posset planetarum. Spero quod & conatus mihi successerit. Si tamen quis tam stupido & crasso sit ingenio, ut omnino diffidat se posse capere ea quę à multis retrusiora censemur, qualia sunt, exempli gratia, minuta proportionalia, equatis officium, centri trium superiorum equatio, in Luna augis uerū epicycli à media distantia, in eclipsibus solaribus uisibilis à uera coniunctio, differentia, & alia id genus, is saltem instrumentis ipsis sese oblectet, quę minimo negotio quotidie offerunt medium planetę motum, centri æquationem, argumentum & eius æquationem, atque tandem uerum planetę insignifero locum. Ego neinimem puto tam infeliciter uersatum in literis, qui in his iuxta præscriptas regulas non suauiter ludere possit. Et utinā nostro

stro quo, quando luxus carnis tam potenter inuauit contra ipsam iuuentutem, tuo exemplo, uir integerrime, omnes nobiliū reliquorumq; ingenuorum hominum liberi ad hanc nobilissimam disciplinam inuitarentur atque in ea instituerentur: sic enim futurum speraremus, ut non tam misera floridā illa ætas euansceret in cogitationib; suis, uiuerentq; tam perditis moribus, pecuniam magis quām humanam agentes uitā. Siquidem habet hæc de corporibus cœlestibus ars nō nihil energię, & planè uim quādam latenter, allientem hominis animum ad pietatem & synceram dei creatoris cognitionem, ut neminem putem esse tam obstinato pectore & hebeti ingenio, qui citra mentis mutationem oculos corporis attollere quęat in splendidissima illa lumina cœli, & nō simul agnoscat sapietissimum, potentissimum & admirabilem eorum conditorem. Cœli enim, ait psalmographus, enarrant gloriam dei: & opera manū eius annuntiat firmamentum. Omnia quidem opera dei sunt magnifica & gloria, sed si tollas ab eis faciē cœli, erunt tenebre & planè יְלִיּוֹת ut Hebrei est in proverbio, id quod nox caliginosa, & tempus hybernū satis commonstrant, quando hæc inferiora destituuntur omni ferè cœlesti lumine atque uigore, & propemodum nihil apparent esse quām יְהָבֵד יְהָבֵד id est, confusio quædam & chaos, qualis terra in sui primordio fuisse à Moze describitur, cū nullo superno illustrare lumine, sed nuda, inanis, squalida, priuataq; omni forma, sub reliquis elementis, ijsq; confusis, delitesceret, donec creata luce ueluti candido indueretur amictu. Sed in re propemodum manifesta sum forfasse prolixior, quām ut ferat ratio aut ego instituerim. Oportuit tamen simplicium habere rationem, qui obijcere solent in ueterū recentiorumq; placitis permulta inueniri, quæ partim dubia incertisq; causis prodita, partim non satis explorata, maiora denique esse quām quę humanus capere possit animus, perinde quasi non ad summi Architecti conditorisq; laude pertineat, quod quædam studiosorum hominum solertia & diligentia sunt explorata atque in lucem prodita, quorum cognitione hunc percipiimus fructū, ut & maxima creatoris admiratione capiatur pius animus, ac tantarum rerum summam causam inexhausteq; bonitatis fontem, amplius cupiat querere & uenerari: quædam autem fatemur esse præstantiora atque sublimiora, quām que mortalis noster animus assequi possit: qualia sunt, quę dominus Iob trigesimo octauo cōminiscit in hęc uerba: Super quo bales terre solidate sunt: aut quis demisit lapidē angularē eius: Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de uulua procedens: Quis dedit uehementissimo imbri cursum, & uia sonantis tonitru: Quis est pluuiæ pater, uel quis genuit roris stillas: de cuius utero egressa est gla-

EPISTOLA MUNSTERI

cies, & gelude cœlo quis genuit? &c. In his quidem & multis similibus  
hallucinatur animus noster, cecutus in eorum inquisitione, ut cogamus  
agnoscere infirmitatem nostram, & magnificare potentiam atque sapien-  
tiam diuinam. Sed hæc propter simpliciores, ut diximus, non propter te  
uir ornatissime scribo, ne sus Mineruā docere videar, cum te maiori sciam  
prædictum sapientia atque insigniori suffultum eruditione, quam ut mea  
opus habeas institutione. Volui autem hunc meum laborem tibi cum  
hac præfatione dicare, ut quam plurimis exemplo sis quod imitantur, &  
lui de te spargere publicis literis quale habeas iudicium, nempe excellens,  
qualem erga studiosos geras animum, certè benignum, quo cæteri tui  
similes, similiter de bonis studijs recte censere possint, desinat & querela ad-  
uersariorum, & non sit quodd amplius sugillent optima studia, sed liceat ut  
semper licuit, immo & conducibile sit, & maxime decorum religio-  
ni, honestis disciplinis & studijs liberalibus uacare Chri-  
stianos. Vale studiosorum decus & pa-  
tronus, Basileę calendis Martij,

Anno 1556.

# ERRATICARVM

STELLARVM SECUNDVM VARIOSE ARVN

dem motus Theoremata, pulchrè & per commmodissimas

figuras dilucidata atq; demonstrata.

PRÆFATIO SEBASTIANI MVNSTERI  
IN LIBRVM PRIMVM



UPERVACANEVM fortasse nōnulli nōstrum putabunt laborem, qui post tot tabulas, Ephemerides, instrumenta æquatoria & uarias descriptiones planetarū, quas partim à veteribus, partim à recentioribus accepimus Astronomis, conatis sumus noua pro planetarū motibus & inquisitione euadere organa. Athi cogitent, in re difficulti & perplexa nihil satis dici & doceri posse. Nemo non nouit, qui Mathematicam attigit, quād difficile sit studium Theoriarum planetarum, quād peculiare & acutum requirat ingenium. Placeant quibusdam Ephemerides, in quibus omnes motus planetarum citra ullum laborem lectori sepe offerunt: Placeant alijs tabule Ptolemaei aut Alphonsi, aut Stœfeli, etiā si ille nondum in lucem sint æditæ, cæteris autem faciliore, quas vir ille pīc memoriae olim mihi candide impartiuit, & ex illis cœpi intelligere ea quæ retrusiora & supra captum meum semper fuerant in Theorematibus planetarum, unde & hæc nostra prodierunt instrumenta, quæ cū ille uidisset, mirum in modum approbavit, quippe ex quibus citra magnum labore colliguntur omnes planetarum motus, & interim conspicue cernitur medijs motus, centri æquatio, argumentum & eius æquatio, quæ in Ephemeridi bus & alijs æquatorijs tam facile aduerti non possunt. In tabulis quoq; ob multiplice calculationem ingenti opus est labore, & paulò minore in instrumentis Campani, quæ superioribus annis euulgauit Ioannes Schœnerus Mathematicus præclarus, licet non uulgariter erudient tardiora ingenia, ducantq; intellectū in penetralia Theoricarū. Sed opus est in eis quotidiana numeratione & rotularum reuolutione situatione, id quod multis tardiosum esse non ignoro. Nostra uero instrumenta solum annua indi-

a geng

P R A F A T I O .

gent supputatione & rotularum fixione, & motus quotidianos ostendit filum addiem propositū extensum, unā cum centri arcē argumenti & equatione, ut nesciam si faciliōr & cōmodior uia inuestigari possint memorati motus. Eccentricitas irregularem motum coēgimus in centrum mundi, adscriptis gradibus cum suo titulo, addendis uel minuendis medio motui primō & quando. Argumento quoq; succurrimus per triplēces aequationes, secundum quod epicyclus fuerit in apogio, perigio aut longitudine media eccentrici orbis, ea quē paulo post clariss explicabimus, propter eos qui adhuc opus habent lacte & idoneis deſtituuntur præceptoribus. Exquisitam & ad amissim inuestigatam calculandi rationē hic quidem non pollicemur, ut etiam certum minutum cœli in quo uagetur planeta te putes ex nostris posse colligere instrumentis, id quod fortasse nectabulē ipsæ præstare poterunt, ut non semel audiuī à præceptore meo Ioanne Stoeffero, calendarum Mathematicum nonnihil deficere à iusto motu, sed quām propius licet accedemus. Alioquin maioribus opus esset instrumentis, quē in maiori bus epicyclis singulos exprimerent aequationis gradus, præsertim in opposito augis epicycli, ubi motus uelocissimus esse deprehenditur: & præterea plures aequationis circuli essent inserendi epicyclo, id quod in tabulis per minuta suppletur proportionalia, quē unam aequationem augent & minuant, iuxta quod epicyclus in eccentrico aut descenderit, aut ascenderit, quemadmodum & in frā in nostris Theorij auxiliante deo ostendimus pro simplicium instructione. Horum enim potissimum rationē habebimus, & nihil scribemus p̄ insignibus illis & excellentibus Mathematicis, quos hodie habet Germania & Gallia, qui nostris opus non habent lucubrationibus.

T H E O R I A

THEORIA TRIVM S V P E R I O R V M P L A N E  
tarum, Saturni scilicet Louis & Martis Cap. I.



A B E N T tres superiores planetē in orbib⁹ suis, eccentricitatibus & motibus consimilem omnino rationem, nisi quod deferens epicyclum Saturni tardissime mouetur, nempe uno die duobus minutis, & uno anno 12. gradibus, 15. minutis atque 35. secundis, peragitq; signum cœli in annis 29. diebus 162. & horis 12. Epicyclus autem eius mouetur in suo circulo singulis diebus minutis 57. & in anno signis 11. gradibus 17. atque minutis 32. hoc est, singulis coniunctionibus medijs Solis & Saturni, epicyclus Saturni semel reuoluit, quod fit in 578. diebus, hora 1. & minutis 30. Idem iudicium est de epicyclis Martis & Louis. Unde hic datur regula, quod Saturnij syderis centrum tot gradibus & minutis ab auge epicycli media semper distat, quot mediorū eius & Solis motuum lineā à se distiterint. Fit propterea ut medio Saturni motu subducto à solis medio motu, medium Saturni relinquatur argumentum. Et rursum si medium Saturni motū adieceris motui epicycli, erit motus ille æqualis medio motui Solis. Eandem connexionem habent Jupiter & Mars cum Sole. Deferens autem epicyclum Louis uelocior est in motu suo deferente Saturni. Siquidem mouetur uno die minutis 4. & secundis 59. & anno uno gradibus 30. id est, signo uno & minutis 20. Ambit autē totū circū in annis 11. diebus 315. & horis 20. Epicyclus uero eius mouetur uno die minutis 54. & anno uno signis 10. gradibus 29. atq; minutis 25. Complet autem motū totius circuli in diebus 598. horis 21. & minutis 20. quo tempore & Jupiter cōiungitur cum Sole secundum medium motum. Porro Mars duobus prioribus planetis in motu suo uelocior est. Nam deferens epicyclū Martis mouetur uno die minutis 31. & secundis 26. Anno autem uno mouetur signis 6. gradibus 11. & minutis 17. Complet autem motum suum in anno uno & diebus 321. atq; horis ferè 23. Epicyclus eius mouetur uno die minutis 28. & anno uno signis 5. gradibus 18. atq; minutis 28. Reuoluit totus in diebus 779. atq; horis 5. quo tempore & Sol coniungit Marti secundum medium cursum. Cæterū eccentricitas quoq; est diuersa in his tribus planetis. Nam si lineam à centro mundi ad centrum epicycli porrectam, dum centrum epicycli in auge eccentrici uersatur, diuiseris in 80. æquales partes, distabit centrum eccentrici orbis seu deferentis epicyclum in Saturno à centro mundi 4. partibus & 20. minutis. In Ioue uero illa duo centra distant à se tribus partibus & 50. minutis. At in Marte diffident octo partibus atq; decem minutis. Nec inueniuntur hæc tria eccentricorum orbium centra in eadem linea, sicut nec auges ipse seu summa eccentricorum fastigia in eodem gradu cœli inueniuntur. Siquidem aux Saturni

a a hoc nostro

*Diverso spiritu  
Diversa ratione  
Uno die*

*Epicyclus 17*

*Epicyclus 30*

*Epicyclus 4*


*Epicyclus*

*Epicyclus 3*

*Epicyclus*

THEORICARVM PLANETARVM

hoc nostro tempore uersatur in 15. gradu & 15. minuto sagittarij, & aux lo  
uis in 25. gradu & 28. minuto virginis. Aux uero Martis moratur in 15.  
gradu & 4. minuto Leonis. Atque ad hunc sitū descripsimus instrumen-  
ta nostra, durabuntq; ad sexaginta aut septuaginta annos, nec notabilis er-  
ror accidere posset, si etiam dicerem ad centum annos, quia auges non mo-  
uentur in centum annis nisi per 44. minuta. Sed hæc retrusiora iam o-  
mittemus & Theoriam ipsam prius explicemus: Id autem sine oculari fi-  
gura efficere nequimus. Adhibe igitur docilem & attentum animum, &  
ueterum astronomorum inuentum pro uirili mea in medium adducam,  
explicatiusq; quoad fieri potest describam & tibi ob oculos ponam.



Ordinauimus autem figuram præsentem ad Saturnum, & quicquid  
hic de Saturno dixerimus, idē intelligas necesse est de Ioue & Marte, imo  
& de Venere. Constituitur itaq; cœlum Saturni ex tribus orbibus & uno  
orbiculo. Duo orbes nigri uocantur, deferentes augem, uel deferentes E-  
centricum

LIBER PRIMVS

centricum: Medius inclusus, quem album reliquimus, uocatur Eccentricus  
seu deferens epicyclum: orbiculus uero eccentrico inclusus, appellatur epi-  
cyclus. Deferentes augem sunt secundum unam superficiem mundo ho-  
mocentri, secundum aliam eccentrici. Deferēs uero epicyclum, est eccentricus  
secundum utramq; superficiē, concavam & conuexam. Deferētes augem,  
tardissime mouentur, motu scilicet nonē sphærę, qui & motus augium uo-  
catur, completerq; in 49000 annis Romanis, quam reuolutionē quidam  
uocant annū Platonis. A principio creationis usq; ad tempus nostrū, is mo-  
tus solum uno signo, octo gradibus & 54. minutis processit. Et si debet cō-  
pleri ante finē mundi, uide quot millibus annorū mundus adhuc est dura-  
turus. Sed hoc deo relinquamus, qui nos nescire uoluit tēpora & momen-  
ta, que pater cœlestis in sua posuit potestate. Deferēs epicyclum ambīt cœ-  
lum motu suo in 29. annis & 162. diebus, ut suprā quoque meminimus. Et  
quia totus est eccentricus, sit ut nonnunquā centrum epicycli longissime di-  
stet à centro mundi, & tunc planeta dicitur esse in auge seu apogio, quod est  
circuli Eccentricipunctus, à mundi centro absistentissimus. Et rursus sit, quan-  
do centrū epicycli defertur ad oppositū augis locum, quem perigium uo-  
cant, ut plurimum appropinquet centro mundi. Hæc duo puncta designat  
in Saturno linea recta seu diameter à mundi centro ad 14. gradum sagita-  
rij porrecta, in quo nostro æuo aux Saturni inuenit. In tabulis hic punctus  
uocatur longitudo longior, & oppositum eius longitudo propior. Puncta  
uero media inter summum imumq; contenta fastigium, uocantur longitu-  
dines medie, medianam scilicet ad mundi centrum distantię rationem seruan-  
tia. Ceterum deferentes Eccentricum, mouētur super centrū mundi, quia  
sunt concentrici mundo secundum extremam & intimam superficiē, hoc  
est, secundum superficiē conuexā exterioris orbis, & secundum superficiē  
concavā interioris: nisi enim hæc duæ superficies cōcentricę essent, confuso-  
fieret in rerū natura, cunctiq; inferiores orbes errore quodā uagarent & ir-  
regularēs in motibus suis inuenirent. Deferēs uero epicyclū, mouet extra  
centrū mundi super centro pprio, & motus eius ad signiferū relatus irregu-  
laris inuenit. Habet quidē in se motū regularissimū, sicut & omnes orbes  
cœlestes eisdem tēporibus eosdē absoluūt motus in omnibus partibus suis,  
sed quia non oēs sunt cōcentrici mundo, nobis qui in meditullio mundi ha-  
bitamus, quidā apparēt irregulares, & soli illi, qui fiunt ab orbibus mundo  
contricis, regulares. Adiuenerūt igitur prisci sapiētes rationē quandā æ-  
quā motus irregulares, statuerūtq; in tribus superioribus planetis circu-  
li quendā, quē appellarūt circulū æquantē, cuius officiū est, centrū epicycli regulariter  
circūducere in ipso signifero, hoc est, habita ratione ad cen-  
trum eius, centrum epicycli regulariter mouetur per Zodiacū. Et is circu-  
lus singitur æqualis Eccentrico seu circulo quem describit centrū epicycli, di-

a 3 statq;

THEORICARVM PLANETARVM


statq; in tribus superioribus planetis centrum eius tantum à centro Ecentri ci, quantum illud distat à centro mundi. Nos in præcedenti figura nolumus illum describere, ne tibi cōfusionem faceret, sed suademus ut tu illum inscriras rubeo colore, idq; hoc pacto. Pone pedem circini immobilem in centrum Ecentrici & alium extende in centrum epicycli, manenteq; circino sic inuariato, pone unum eius pedem in centrum æquantis, & cum alio describe circulum, & habebis æqualem. Solet iste circulus æquans diuidi in 12. signa seu partes æquales, initio sumpto ab auge, & numerus qui in eo recensetur, uocatur centrum planetæ: est autem centrum planetæ arcus Zodiaci à linea augis ad lineam mediū uel ueri motus computatus. Centrum planetæ habetur, si à medio motu subtrahat aux planetæ. Mediū motus est arcus ab Ariete ad lineam mediū motus computatus. Aux uero hoc loco capitur pro arcu ab ariete ad lineam augis computato, & est hodie in Saturno, signa 8. gradus 15. minuta 15. Linea mediū motus est, quæ à centro mundi ad Zodiacum ducta, lineæ à centro æquantis per centrum epicycli ductæ æquedistat. Linea ueri motus epicycli est, quæ à centro mundi per centrum epicycli ad Zodiacum ducitur. At linea ueri motus seu loci planetæ, est quæ à centro mundi per centrum syderis planetæ ducitur. Arcus uero qui inter lineam mediū & ueri motus epicycli comprehenditur, æquatio centri uocatur. Ethæc in auge atque opposito eius nulla est, quia duæ lineæ ex centro mundi & ex centro æquantis ductæ, ibi una fiunt linea. In longitudine uero media, maxima est, quoniam duæ memoratae lineæ ibi maxime dissident, nempe iuxta distantiam duorum centrorum. Nos in instrumentis nostris æquationes illas subscriptissimus signifero, ab auge planetæ incipientes, neque medio motu, neque centro opus habentes. At in alijs instrumentis oportet primum inuestigare medium motu, & per medium motum, queritur Centrum planetæ: ex centro discitur æquatio centri addenda uel minuenda à centro ipso, ut uerus locus habeatur centri epicycli. In nostris autem instrumentis solum filum ad diem propositum eductum ostendit hæc omnia. Primo enim ostendit medium motum & centrum medium planetæ (qui idem in signifero sunt locus sed diuersi arcus, cum unus computetur ab ariete, alias autem ab auge planetæ) deinde ostendit æquationē addendam centro uel medio motui, aut auferendam ab eo. Vocatur autem æquatio centri, quod ex eccentrici nascatur eccentricitate: quantoq; eccentricitas est maior, tanto æquationes illæ crescunt, id quod ex Saturni & Martis instrumentis poteris aduertere, si illa cōtuleris, cum eccentricitas Martis in duplo excedat eccentricitatem Saturni. Hæc ut omnia clarius intelligas, intuere figuram, quam suprà descripsimus. Hæc enim tibi ostendit tria centra d c k. Super c mouetur eccentricus & linea k a regulat motum irregularem, quæ linea d b ostendit. Fingimus quidem motum regularem,

L I B R P R I M V S.

7  
regularē, quæ ostendit linea d b ad quam terminatur centrū medium & medius motus, sed quia extra augem & oppositū eius hæc linea regulari suo motu elongat à centro epicycli, fallax est nuntius, atq; ob id adiūcienda est ei aut submouenda ab eo, portio cuiusdam arcus, qui inter duas lineas a k & d b intercipitur, & emerget uerus locus centri epicycli, non quem linea a k extra lineam augis in Zodiaco ostendit, sed quem linea à centro mundi per centrum epicycli traiecta demonstrat. Iam uides, quid negotiū gignat eccentricitas in orbib; planetarū, sed uidebis adhuc maiore laborē & difficultatē inesse motibus epicyclorū, qui propter memoratā eccentricitatē in suo eccentrico iam ascendunt uersus cœlū, & postea iterū descendunt, secundū approximationē & elongationē eccentrici in loco apogij & perigij, de qua re iam loqui incipiems, posteaquā eccentrici motū absoluimus. Epicyclus itaq; est solidus quidā orbiculus, cōtentus in crassitudine eccentrici, cuius centrū in circūferentia circuli eccentrici secundū motū ipsius eccentrici cimouet ab occidente in orientē. Epicyclus aut ipse dupliciti mouet motu, in longitudinē scilicet & latitudinē. De motu latitudinis infrā dicemus. In longitudine mouet super centrū suū, corpus planetæ sibi infixū in parte superiori secundū successionē signorū, & in parte inferiori cōtra successionē portans, unde & planeta in parte superiori directus, & in inferiori retrogradus diciet. In ascensiū uero & descensiū, stationarius appellat, nō quod à motu cesset, sed quod nobis stare uideat, cū tūc nō progrediat aut regrediat, sed solū sursum aut deorsum moueat. In Luna tamen ob uelocē eius motū id non aduertit, cū medius eius motus longè superet motū epicycli; dicitur tamē in parte superiori epicycli tarda cursu, & in inferiori uelox cursu. Hæbent aut̄ trium superiorū planetarū epicycli duas auges, mediā & ueram: media est punctus in circūferentia epicycli, quæ linea recta à centro æquantis per centrum epicycli ducta ostendit. Vera aut̄ est punctus circūferentie epicycli, qui recta à centro mundi p epicycli centrū traiecta finit atq; terminat. Et hæc duæ auges unus fiunt punctus in auge eccentrici atq; eius opposito: in longitudine uero media, maxime sunt diuersæ, id qd in superiori figura facile cernere poteris. Ethæc est ratio, quare in nostris instrumentis & in tabulis numerorū iubetur æquatio centri adiūci argumento planetæ quando illa minuitur à medio motu, aut subtrahi ab argumento quando additur medio motui. Fit enim ex medio argumento uerū argumentū, quādo portio illa centri aut demitur aut superaddit argumento medio. Vnde & argumentū planetæ mediū definis sic: est arcus epicycli ab auge eius media secundum motū eius ad centrum corporis planetæ numeratus. Et argumentū uerū, est arcus ab auge uera ad planetā ipsum supputatus. Vbi & hoc notandum, quod in omni Solis & Saturni media cōiunctione, sydus Saturni in media epicycli auge consistit, & in omni oppositione media, in medio perigio

THEORICARVM PLANETARVM

perigio inuenit. Revoluitur em̄ Saturni epicycli semel à media eius cū Sole  
coniunctione ad uicine sequentem. Vnde sydus Saturni tot gradibus & mi-  
nutis ab auge epicycli media distare cōperitur, quot & mediorū eius & So-  
lis motuum lineę distiterint. Hinc sit ut medio Saturni motu à Solis medio  
subducto, medium Saturni argumentum reliquum fiat, & contrā, mediū  
Saturni motus motui syderis in epicyclo adiectus, medio Solis motui in  
gradibus & minutis æqualis euadit. Cæterum ex argumēto uero discitur  
æquatio argumēti, que ratione epicycli est demenda uel superaddenda mo-  
tui centri epicycli uerificato. Hæc nulla est, cum sydus planetæ fuerit in au-  
ge epicycli aut eius opposito, maxima cū fuerit in longitudinibus medijs.  
Adjicitur centro epicycli, quando argumentum fuerit minus sex signis, &




subducitur ab eodem si fuerit maius sex signis. In tabulis omnes æquatio-  
nes argumentorū pro solis longitudinibus medijs iuste sunt, hoc est, cum  
epicyclus fuerit in una longitudinum mediarum æquationes argumento-  
rum sunt sumendę ut in tabulis inueniuntur. Sin epicyclus fuerit circa au-

gem

LIBER PRIMVS.

gem eccentrici, omnes æquationes fiunt cōtractiores & minores, sicut è di-  
uerso in opposito augis fiunt auctiores. Vt autē æquationes longitudinū  
mediarum iustæ fiant in illis fastigijs, proportio quædam facienda est, se-  
cundum quod epicyclus multum aut parum à longitudinibus medijs disti-  
terit. Huius autem ratio est, quod epicyclus solutus à longitudine media,  
continuo fit maior usq; dum attigerit locum oppositum augis eccentrici, &  
rursum ab alia longitudine media discedens, semper fit minor usque dum  
ascenderit in summum eccentrici fastigium; sicut autem epicyclus ob sui ap-  
propinquationem & elongationem fit maior & minor, ita quoq; æquatio-  
nes ipse argumentorum crescunt & minores fiunt. Hæc autem scribo, nō  
ignorans quod epicyclus in se neq; maior, neque minor fiat, sed inter duas  
lineas ex centro mundi eductas inclusus, propter sui ascensum & descen-  
sum, illas plus minusq; inter se distendit, maiusq; & minus spaciū in signi-  
fiero occupat. Quod ut clarius intelligas, ocularem præmissam libuit adij-  
cere figurā, cū tribus epicyclis pro longitudine longiori, media & propi-  
ori. Vbi uides duas lineas in auge pauciores cōprehendere gradus quam  
in longitudine media, in opposito aut plures. Porrò excessus ille quo epi-  
cycleus ipse à longitudine una media uersus augem à centro mundi sensim  
ascendit, & rursum ab alia longitudine media uersus oppositum augis ad

Aux



Oppositum augis

centrum mundi paulatim accedit, diuidit in tabulis in 60. partes æqua-  
les, uocanturq; partes illę minuta proportionalia; eo quod per ipsas fiat  
b in argu-

in argumento proportio quædam æquationis crescentis & decrescentis propter epicycli subvectionem & demissionem. Difficile enim & prolixum foret, pro singulis gradibus centri proprias constituere æquationes argumenti, cum ille propter centri epicycli continuum motum in infinitas crescant uarietates & nunquam in eodem cōsistant tenore. Signarūt quidem tabularū magistri in auge diuersitatē diametri epicycli, auferendā ab æquationibus longitudinis medie, & in opposito augis adjiciendam eisdem æquationibus, sed ille uel excedunt uel pauciores sunt quām diuersitas ipsa requirat, quando epicyclus uagatur inter augem aut oppositū eius & longitudines medias, ut necesse situm fieri proportionē quandam inter excessum illum & remotionem epicycli à longitudine media, id quod per minuta proportionalia efficit, ut si excessus diuersitatis diametri epicycli sit 40. minuta, & minuta proportionalia 30. oportebit addere uel subtrahere ab æquatione argumenti 20. minuta sive medietatem 40. minutorum, quia minuta proportionalia scilicet 30. sunt medietas 60. minutorum: in tot enim diuiditur excessus ille quo centrum epicycli à longitudine media in altum ascensit uel descendit. Hic aduerte figuram quam de minutis proportionalibus adscriptimus. Circulus ille qui sensim ascendendo aut descendendo à longitudinibus medijs per semicirculos transit, est eccentricus planetæ, quem centrum epicycli motu suo describit. Semicirculi autē sunt totus excessus in 60. æquales partes diuisus, distatq; unus ab alio decē minutis, ut numeri adscripti monent. Quomodo autē centrum epicycli per illa minuta sensim ascendat aut descendat, figura ipsa satis commode ostendit, ut non sit opus ultiiori declaratione. Nos in instrumentis nostris trisplices posuimus æquationes, pro tempore scilicet quo epicyclus est in auge aut prope augem eccentrici, & quando est in longitudine media, atq; cum fuerit in opposito augis. Cum uero fuerit inter hos terminos, ratio est habenda quarum æquationum, moderandaq; æquatio ipsa iuxta quod negatum ipsum postulauerit.

De latitudinibus trium planetarum superiorum Cap. II.

**I**num superiorum planetarum eccentrici ab ecliptica in partes oppositas deuergūt, maxima semper intercedenis quantitate inuariabili manente, hoc est, superficies eccentrici Saturni & aliorum duorum atq; superficies eclipticæ in locis oppositis, quæ cauda & caput vocantur, sese intersecant, uno umbilico ad austrum & alio ad boream uergente. Aux Saturni semper inuenitur in ea parte quæ in boream declivis est, medium flexionis umbilicum secundum successiōnem uno signo & uiginti gradibus præueniens, hoc est, cum aux Saturni hodie sit in 14. gradu sagittarij, unus nodus est in 24. gradu capricorni, & alter oppositus in 24. gradu cancri: medium autem umbilici meridiani, in 24. gra-

in 24. gradu arietis, & medium umbilici aquilonatis in 24. gradu libræ: id quod infrà figura latitudinis Saturni clarissime demonstrat. Nunc ad uerte. Epicyclus mouetur in latitudinem respectu augis uerē super axe suo, transeunte centrū per eius & longitudines medias. Et hic axis dum centrū extra nodos fuerit, id est, extra intersectionem superficerum deferentis & eclipticæ, æquidistant superficie eclipticæ. Cum uero epicycli centrum in altero fuerit nodorum, eius diameter que mediat inter augem ueram & oppositum eius, iacet recte in plana superficie eccentrici, & epicycli superficies in eclipticæ superficie. Centro autem epicycli à nodo soluente, diameter illa sensim recedit à plana superficie circuli deferentis, quo usq; epicycli centrum ad meditulliū umbilici perueniat, ubi latitudines maxime sunt, presentim quando sydus planetæ est in inferiori parte epicycli: ibi enim latitudo Saturni septentrionalis est trium graduum & trium minitorum. Meridionalis autem est trium graduum & quinque minitorum. At si stella ipsa fuerit in fastigio epicycli, maxima latitudo aquilonaris est 2. graduū & 3. minitorum: australis autem 2. graduum & unius minuti. Notandum etiam, dum epicycli centrum à capitis nodo discedit, inferior pars epicycli flectitur in boream, & superior pars in meridiem. At à nodo caude, hemicyclium inferius uergit in austrum, & superius in boream. Hinc etiam facile licebit intelligere, axim motus in longum epicycli, quandoq; axi eclipticæ æquidistant, & quandoq; non, at axi deferentis nunquā æquidistant, sicut nec superficies epicycli unquam cum circuli deferentis superficie iacet in rectum, neq; illi unquam æquidistant. Iupiter quoq; ut Saturnus habet latitudinem ex deferentis flexione & augis uerē linea inclinatione. Umbilicus nodorum præuenit augem deferentis secundum signorū sequelam gradibus uiginti, idq; ad boream: hoc est, cum nostro æuo aux louis sit in 24. gradu virginis, umbilici septentrionalis meditullum est in 15. gradu libræ, & umbilici meridionalis medius punctus in 15. gradu arietis: nodorum autem oppositi puncti sunt in 14. gradu canceri & 14. gradu capricorni, & maxima eius latitudo septentrionalis inuenitur in 15. gradu libræ, hoc est, in umbilico est duorum graduū & quinq; minitorū, idq; tum quando planeta est in opposito augis epicycli. Si in eo signo fuerit in auge epicycli, erit maxima latitudo duntaxat unius gradus & sex minitorum. Eadem est latitudo meridionalis in umbilico opposito, id est, in ariete. Semidiameter epicycli louis, est undecim graduum & 30. minitorum, qui sunt chorda arcus undecim graduum & trium minitorum, & tantus est arcus æquationis argumenti louis, centro epicycli existente in longitudinibus medijs æquantis. Semidiameter uero epicycli Martis est 39. graduum & 30. minitorum, qui sunt chorda arcus 41. graduum & 10. minitorum & tantus est arcus æquationis argumenti Martis in longitudinibus æquantis me-

b. 2 dijs

dij. Inuenitur que aux Martis ferè in meditullio umbilici septentrionalis, nempe in 16. gradu Leonis, ubi maxima eius latitudo deprehenditur esse 4. graduum & 20. minutorum, planeta existente in opposito augis epicycli. At cum ibi fuerit in auge epicycli, habet tantum decem minuta latitudinis. In umbilico uero opposito & meridiano, qui est in 16. gradu aquarij, planeta existente in opposito augis epicycli, inuenitur habere latitudinem maximam 7. graduum & 30. minutorum, & cum ibidem fuerit in auge epicycli, maxima eius latitudo est tantum sex minutorum. Porrò quo p. & quotidie inuenias horum trium planetarum latitudines, infrà suo loco dicam, ubi explicare coepero instrumenta planetarum à me ædita.

De Sole Cap. III.

**E**abet Sol consimilem orbium dispositionem, quam habent tres superiores planetæ, solo epicyclo excepto. Nam habet duos orbes augem deferentes, & alium orbem ipsis inclusum atq; totum eccentricum, deferentem corpus solare. Orbis qui absides deferunt mouentur motu non æ spheræ, qui est motus augium stellarum. Orbis uero eccentricus mouetur regulari incessione secundum signorum consequentiam singulo quoque naturali die 59. minuta & octo secunda atque 19. tertia, & ita totum Zodiacum peragrat in 365. diebus & ferè sex horis, quo tempore nobis Sol completur. Sex autem horæ quartæ collectæ, diem integrum constituunt, qui scilicet cum sua nocte 24. horis constat, quem necesse est intercalari excuso quadriennio, netem porum ordo turbetur. Porrò hoc temporis spaciū assignauit Iulius cæsar pro anno, statuitq; æquinoctij sedem 25. die Martij, quæ usq; in hunc diem anticipata est in undecimum diem Martij, unde colligitur annum Iulij superare annum cœlestem 10. minutis & 44. secundis, quæ à suo tempore usque ad ævum nostrum creuerunt in 14. dies. Secundum Ptolemyum annus constat ex 365. diebus 5. horis, 55. minutis & 12. secundis. Verum & hic annus non quadrat uero, cū in 300. annis æquinoctiū inde uno die anticipari possit. Putant igit recentiores Astronomi Alphonsum deprehendisse uerā anni quantitatē, nempe quod cōstet ex diebus 365. horis 5. minutis 49. & secundis 15. & sic nostro anno usuali est minor ferè undecim minutis. Qua ratione necesse est Solis ingressum in caput arietis in annis nostris usualibus antecedere continuo & redire citius quam erat prius. Ut si sit hoc anno Solis introitus in arietē in meridie undecim diei Martij, nō redibit post annos 4. elapsos introitus Solis in idem arietis initio in meridie eiusdem diei, imò ferè 45. minutis ante meridiē. Atq; hec anterioratio crescit in annis 134. ad unū fermè diē. Vnde patet abbatem Dyonisiū non bene consuluisse ecclesię Latinorum, cum translulerit Alexandrinorum pascha

paschalem cyclum in calendarium Romanum. Est autem cyclus ille lunaris & decemnouennalis, quo tempore prisci putabant omnes coniunctiones & oppositiones luminarium redire in eundem punctum temporis & loci à quo incepérunt. Et licet decemnouennalis ille cyclus ceteris comodiōr fuerit (fuerunt enim multi olim assignati cycli,) tamen est & ipse fallax nuntius, cum ex eius obseruatione coniunctiones & oppositiones anticipent sedes suas in calendario in annis 19. hora una, minutis 28. & secundis 15. ad horas 23. minuta 28. & secunda 52. Sed hæc & horum discussio, nem latiorem hic relinquemus: sat putantes, ostendisse quā incertum fuerit apud priscos in quanto tempore eccentricus Solis suam completeret revolutionem. Cæterum huius orbis axis transit per centrum eius & aequidistant axi eclipticæ: unde fit ut poli eius à polis eclipticæ tantū distent, quantum centrum eius deest à centro mundi siue eclipticæ. Necesse quoque est ut poli axis & centrum circa axim & polos atque centrum eclipticæ circumferentias describant circulorum, quorum semidiameter est ad eccentricitatis quantitatē, id quod in alijs planetis non fit, quorum poli à polis signiferi inæquali distant interallo, sicut & superficies deferentiū à superficie eclipticæ inæqualiter diuiduntur, manente portione maiori, in qua semper aux uersatur, uersus aquilonem aut meridiē. At in Sole secus contingit. Nam aux eius, que hoc nostro tempore uersat in principio cancri, nempe in 18. minuto secundi gradus, à superficie eclipticæ nunquam declinat, sed semper directe in ea uoluitur, unde fit quod Sol non habet latitudinem sicut reliqui planetæ, sed habet duntaxat declinationem, & hæc hodie inuenitur esse maxima 25. graduum & 30. minutorum. Eccentricitas eius est pars una de 25. partibus semidiametri eccentrici. Hæc eccentricitas facit, ut corpus Solis in opposito augis propter sui accessum majus spaciū occupet in cœlo, adjicatq; semidiametro suo minutum unum & 11. secunda. Nam semidiameter Solis habet in auge 15. minuta & 41. secunda, & in opposito augis habet 16. minuta atq; 55. secunda.

De Venere Cap. IV.

**V**ispositio orbium Veneris non differt à dispositione orbium trium superiorum planetarum. Nam habet duos orbes augem deferentes super axe & polis Zodiaci; habet & orbē deferentē epicyclum, qui mouet ab occidente uersus orientē sup centro æquantis, & hic motus idem est cū motu eccentrici Solis, sicut & aux Veneris & aux Solis in eodē inueniuntur gradu, hoc est, nostra ætate sunt in 18. minuto secundi gradus cancri. Vnde uerus & æquatus motus Solis, est uerus motus centri epicycli, seu medius æquatus motus Veneris. Nā eodē tpe unam cōplent revolutionē centrū epicycli Veneris & Solis deferēs. Moue

14  
tur hic eccentricus orbis Veneris & alio motu in latitudinem, declinando ab ecliptica, & medietas in qua epicyclus est, semper uersus aquilonem uerit, reliqua autem uersus austrum relinquitur. Aux tamen deferentis quandoq; ad austrum, quandoq; ad aquilonem declinat. Hic motus sit super polis proprijs, qui sunt in intersectionibus deferentis & æquatis, id est, in secundo gradu arietis & secundo gradu librae pro tempore nostro, dici q; solet motus deuiationis, & est in umbilicis, hoc est, in principio cancri & in principio capricorni maximus, decem scilicet minutorum. Centro autem epicycli in alterutro nodorum collocato, nulla deferentis deuiatione est. A nodo uero discedente, pars quā Veneris epicyclus intrat in boream partim flectitur, deuiatq; quoad ad alterutrius nodorum umbilicū perueniat, ubi dum constiterit, circuli deferentis Veneris epicyclum maxima flexio est. Et soluente epicycli centro ab æquantis umbilico, deuiationis error sensim minuitur, donec epicycli centrum ad alterum nodorum perductum sit, ubi iterū nulla deferentis ab ecliptica est flexio. A quo loco, ut prius, pars ea quā Veneris epicyclus intrat, iterum deuiat in boream, quoad in alterū peruentum sit umbilicum. Veruntamen ne hic motus, nec is quem inclinationis dividunt, sensibilem motui longitudinis errore faciunt. Quapropter polos super quibus primus deferentis motus fit, à polis Zodiaci recedere, rursusq; ad eosdem accedere necesse est. Vnde non nullis uisum est, unum alium orbem, predictos omnes includentem & mundo concentricum ponere, ad cuius trepidationis motum hæ deuiations deferentis fierent. Eccentricitas Veneris est 37. minutorum de semidiametro constante ex 30. partibus.

## De motu epicycli Veneris Cap. v.

**H**abet epicyclus Veneris quadruplicem motum: primus est in longitudinem, quo mouetur secundum successionē signorum completerq; motum suum in 584. diebus atq; sexagesima quarta parte diei. Axis huius motus polos suos uersus austrū & aquilonem protendit & axi eclipticę quandoq; æquidistat, quando se ilicit declinatio nulla est. Cum uero declinat epicyclus ab ecliptica, hic axis in una parte ab axi eclipticę eleuatur, & in altera ad eam descendit. Et quia medius motus Solis, Veneris & Mercurij idem est motus, nunquam separatur Venus à Sole neque Mercurius, nisi per tantum numerum graduū, quantus est numerus arcuum, cuius chordę sunt semidiametri epicyclorum suorū. Semidiameter autem Veneris est 45. graduū & triginta minitorum. Mercurij uero semidiameter est 22. graduū & 30. minitorum. Secundus motus est motus deuiationis deferentis epicyclum, de quo suprà diximus. Tertius motus epicycli est motus inclinationis, & huius motus axis axi motus longitudinis orthogonaliter secat, transitq; p medias epicycli longitudines

longitudines, protensis polis eius uersus orientem & occidentem. Illo motu epicyclus per se à superficie plana deferentis, planetam ab ecliptica, uel uersus eam inclinat, ita ut una epicycli medietas uersus austrum, reliqua uero uersus aquilonem declinet. Diciturq; motus inclinationis seu declinationis, quod diameter augis ueræ & oppositi epicycli à superficie deferentis declinet eamq; fecet. Hæc declinatio nulla est cum centrum epicycli in auge & quantis uel opposito fuerit: tunc enim diameter augis ueræ in deferentis superficie iacet seu erigit, nusquam inflexa. Digrediente autem epicycli centro ab auge & quatis, huiusmodi diameter à deferentis planicie flectitur, inclinaturq; aux epicycli uera in aquilonem & eius oppositum in austrum. Atq; hæc ab eo loco inclinatio efficitur cōtinuo maior, usq; dum epicycli centrum ad caudę nodum perductum sit, ubi maxima huiusmodi inclinationis latitudo contingit. Est autem cauda draconis Veneris, is in intersectionis nodus, à quo æquantis aux 90. gradibus secundum signorum cōsequentiā distat, id quod suprà diximus nostro æuo esse in secundo gradu arietis. Caput autem est nota opposita, eandem augem 90. gradibus ex serie præueniens, secundum scilicet gradum librae nostro tempore occupans. Discedente uero ab huiusce nodo epicycli Veneris centro, flexionis inclinatio cōtinuo minor relinquitur, usq; dum epicycli centrū ad æquantis peruererit perigium, quo in loco ut dictum est rursus superficies epicycli superficie deferentis adiuncta nullam sustinet inclinationē. Ab æquantis perigio eo centro dimoto, hemicyclum superius, summaq; absidū uera inclinatur in austrum, & absis ima in arcton, usq; dum ad nodum capitis epicycli centrum perlatum sit, ubi maxima latitudinis inclinatio continuit, nempe aux epicycli uno gradu & tribus minutis, oppositum autem augis 7. gradibus & 12. minutis: inde autem continuo fit contractio, quo usque in summam æquantis restituatur absidem. Oppositum fit in Mercurio, ut infra indicabimus. Ex his patet, quod cū deuiatione deferentis estimam, epicycli declinatio est nulla & econtrario. Quartus motus epicycli est motus reflexionis, quo pars orientalis epicycli nunc ad austrum, nunc ad aquilonem reflectitur. Idem sentiendum de parte opposita occidentali. Axis huius motus epicycli, uerarū absidum diameter est, & orthogonaliter per intersectionem duorum dictorū axium transit, & polos suos uersus augem & oppositum augis epicycli protendit. Patet itaq; quomodo hi tres axes in centro se intersecant, quemadmodum tres lineæ per longum, latū & profundum corporis transeuntes. Apparet etiā axem reflexionis super axi declinationis inclinari, & axem declinationis super axe reflexionis refleati. Patet denique quomodo in motu reflexionis pars epicycli dextra, quæ scilicet post augē epicycli est secundū signorū consequentiā, uersus austrū, sinistra autem uersus aquilonē à superficie deferentis mouetur. Porro reflexio

hæc

hæcnulla est, centro epicycli existente circa dictos intersectionis nodos, deferentis scilicet & æquantis (tunc enim diameter latitudinum epicycli in deferentis planicie iacet, ipso uero recedente ab ea intersectione quæ caput dicitur uersus æquatis augem, pars sinistra sive orientalis in Venere ad aquilonem, in Mercurio ad austrum reflectitur, donec epicycli centrum in æquantis augem restituatur, ubi maxima reflexionis latitudo cōtingit, nempè duorum graduū & 30. minutorum. Discedente epicycli centro ab æquantis auge, reflexio continue decrescit, usq; dum in nodū caudē perlatum sit, ubi reflexio nulla est. Recedente autē centro à cauda uersus oppositum augis æquantis, reflexio continuo crescit donec epicycli centrū in opposito augis collocetur, & dicta medietas in Venere ad austrum & in Mercurio ad aquilonem reflectitur. Ex his patet quid dum maxima deferentis deuiaatio contingit, nulla inclinationis latitudo cōperitur. Et cum maxima inclinatio est, nulla reflexio contingit & econtra. Deuiationes ab ecliptica, inclinationes uero & reflexiones à deferentis planicie dimetiunt. Et sicut medianum longitudinum diameter motus inclinationis axis est, ita uices rependens, uerarum absidum diameter motus reflexionis axis. Nec oportet (ut in tribus superioribus planetis) quod medianum longitudinum diameter, inclinationisq; axis (quod idem est) in Venere continuo, cum extra nodos fuerit, ecliptice æquidistare, sicut nec epicycli superficies unquam in deferentis planicie ex æquo iacet, cum semper uel reflectatur uel inclinetur. Cæterum quadripartitus hic epicycli motus tantum in Venere & Mercurio reperitur. Nā in tribus superioribus epicyclus duas tantummodo habet, latitudinem unam qua per eccentricum ab ecliptica distat, & alteram quo superficies plana epicycli à superficie plana deferentis quandoq; declinat. In Luna autem prima duntaxat latitudo, que est per deferentem, intenuitur. Nam superficies plana epicycli ipsius, à deferente nusquam declinat. Ad saluandos autem huiusmodi motus epicycli Veneris & Mercurij, quidā paruos circulos epicyclum includentes imaginantur, ad quorum motus hæc uarietates contingunt.

De Mercurio Cap. v.


**D**ividitur Mercurius in quinque orbes & epicyclum. Habet namq; duos orbes inæqualis spissitudinis, quorum superficies, conuexa scilicet supremi & cōcava infimi, mundo cōcentrica sunt. Superficies uero conuca supreni & cōcava infimi unū habet centrum, sed quod aliud est à centro mundi, & uocari solet centrum, parui circuli, distatq; tantum à centro æquantis quantum centrum æquantis diffidet à centro mundi. Orbes autem ipsi uocantur, deferentes augem æquantis, mouenturq; super polis Zodiaci ad motū octauę sphere, qui est motus

motus augium stellarum, de quo suprà in Theoria triū superiorum planitarum diximus. Inter hos extremos orbes, sunt duo alij mobiles orbes, similiter inæqualis crassitudinis, quorum superficies conuexa superioris & concaua inferioris idem centrum cum centro prædictorum orbiū habent, id est, centrum parui circuli. Sed superficies conuca superioris & conuexa inferioris idem centrum habent cum orbe quinto inter ipsos concluso, qui eccentricus est usq;quaq; æqualis ubiq; existens crassitudinis, nominaturq; deferens epicyclum. Orbis deferentes immediate eccentricum, mouentur æquali regulariç; tenore super parui circuli centrum contra signiferi successum tanto tempore quanto & Solis medijs motus linea, revolutionem unā complentes. Ad horum autem orbium motum, centrum eccentrici seu deferentis epicyclum, describit regulariter paruum illum circulum, estq; semidiometer eius tanta quanta centri æquantis à mundi centro distantia. Vnde fit ut parui huius circuli circumferentia transeat per æquantis centrum. Est autem æquantis centrum inter parui circuli centrum & centrum mundi. Axis motus horum orbium per parui circuli centrū traiectus, interdum à signiferi axe & poli à polis æquidistant, & interdum uarium habent distantiae discrimen. Porrò aux ipsa deferentis eccentrici circulationem, non explet, sed continuo sub signiferi actu à duabus lineis à mundi centro ad signiferum porrectis, circulum paruum contingentibus apprehenso, ad centri deferentis motum ascendendo descendendoq; uoluitur. Orbis uero deferens epicyclum habet duos motus: unus est in longum, & fit super æquantis centrum secundum signorum cōsequentiam naturali quaq; die, quantum Solis medijs motus linea regulariter incedit, id est, minutis 59. & secundis 8. Huius motus axis per deferentis centrum emissus, secundum se totum mobilis est, & poli eius ad signiferi polos nunc accedunt, nunc uero eminus absistunt. Alter motus fit in latum. Mouetur autem in latum, quemadmodū deferens Veneris, hoc dempto, quod medietas eius, in qua epicyclus est, semper uersus austrū ab ecliptica declinat: cuius oppositum in Venere reperitur. Maxima autem deuiaatio Mercurij est 45. minitorū. Et si hic motus super polis proprijs, qui sunt in intersectionibus deferentis & æquantis, hoc est, in primo gradu Leonis & in primo gradu Aquarij, hac nostra ætate: estq; in umbilicis, nempè in primo gradu Scorpij, & in primo gradu Tauri maximus. Et cum centrum epicycli in alterutro nodorum constitutū fuerit, nulla est deferentis deuiaatio. At discedente eo à nodo, pars quam Mercurij epicyclus intrat, in austrum partim flectitur, deuiatq; quoisque ad meditullum umbilici peruererit, ubi maxima (ut diximus) flexio est. Et soluente hinc centro epicycli, deuiaatio illa paulatim minuitur, quo ad idem centrum peruererit ad alteram æquantis & eccentrici intersectionē, & ibi iterum nulla est deferentis ab ecliptica declinatio. A quo

loco,

## THEORICARVM PLANETARVM

loco , pars ea quam Mercurius ingreditur , iterum declinat in austrum, donec centrum epicycli perductum sit in alterum umbilicum . Hos uarios motus , & multiplicitum orbium connexionem ut melius intelligas, libuit adjicere figuram , quæ Mercurialem ( quantum in plano fieri potest ) omnimodam exprimat dispositionem . In hac itaque figura habes quatuor centra, centrum mundi, centrum æquantis, centrum parui circuli & centrum deferentis epicyclum , sed hoc centrum nunquam habet fixum situm , quia continuo mouetur in paruo circulo , & solum tunc est




supra centrum parui circuli sicut in figura est signatum , quando centrum epicycli est in auge æquantis . Cum uero centrum epicycli fuerit in opposito augis, hoc centrum & centrum æquatis est idem centrum . At centro epicycli in nodis æquantis constituto, centrum quoque deferentis e' regio ne parui circuli correspondenter inuenitur, id quod totum fit propter continuum motum duorum orbium deferentium eccentricum . Adhorū enim motum

## LIBER PRIMVS.

motum ecentrus seu deferens epicyclum in cōtinua est agitatione, id quod facile cuiq; qui non est omnino crasso ingenio, perspicuum fit. Valla libro 18. expetendorum & fugiendorum, hæc multo sed obscuro sermone tradit in hæc uerba. Manifestum est in Mercurio ob duo centra, unum quidē Signiferi, alterum autem cadit in manentis ecentri diametro in Ariete & Libra (sic ille uocat lineam augis , quæ ante sexaginta annos & suprà in fine fuit libræ & arietis ) ut sit quidem in Ariete apogium per hunc ecentrum, in Libra uero perigium . Ex alijs autem examinationibus observationibus constat, ipsum maiores facere distantias in parallelis & Aquario, sit que in his à terra remotior quā sit in apogio per Arietem , & tam terre uicinior erit in parallelis aliquādo quidem, at aliquando in Aquario. Nam si steterit ille, tertio prorsus fuerit ecentro : nam si unus sit unum erit apogium ac perigium: Mouebitur itaque hic ecentrus, ut epicyclus in alio alioq; appareat & stella in eo mota in utraq; Arietis sit à terra remota . At quoniam duobus existentibus ecentris, oportebat epicyclum in utroque moueri & utriusque motu, ut etiā in manentis apogijs ecentri sit & in alijs eius qui mouetur locis appareat remotus à terra effectus ob hoc circa centrum immobilis delatus ponitur : centrum autem semper habens in ecentro moto & in recta linea , quæ est ab ecentro manentis ad centrum ipsius coniuncta circumactus & semper ad centrum declinans . Hactenus Valla . Hæc difficultia sunt. Vocat autem manentem ecentrum, deferentem augem, & ecentrū mobilem, deferentem eccentricum. Et est in hoc error, quando scribit apogium esse in ariete & perigium in Libra , cum cōtrario modo res se habuerit suo æuo. At nos hæc paulò dilucidius trademus, tam & si incultiori sermone. Propter motum deferentium eccentricum fit, ut centrum epicycli Mercurij extra opositum augis uicinus sit centro mundi quā in ipso opposito augis, unde & in solo Mercurio triplicia ponunt minuta proportionalia, scilicet longiora & propiora, & hæc sunt duplia: prima sumuntur à medio excessus usque ad totalem excessum . A quo deinde minuuntur usque ad oppositum augis per 40. minuta. Longiora uero accipiuntur ab auge usque ad medium excessus . In auge enim semper est centri epicycli à mundi centro maxima remotio . Ea autem est mediocris , dum ab eodē fastigio distat duabus signis & quatuor gradibus atque 50. minutis , quod nostro tempore fit in quinto gradu Capricorni atque tertio gradu Leonis . Minima uero remotio contingit, dum à fastigio circuli triente seu quatuor signis distiterit, id quod hac tempestate contingit in principio Piscium atque principio Cancri. Excessus itaq; quo centrum epicycli Mercurij in quinto gradu Capricorni constitutū uicinus est centro mundi quā cum augis occupat locum, in 60. partes diuisus, uocatur minuta proportionalia remotiora seu longiora . Etrursus minuta

c 2 propiora

propiora sunt excessus, quo centrum epicycli à quinto gradu capricorni descendit uersus centrum mundi usque dum peruererit ad principium piscaum. Et is quoque excessus diuiditur in 60. partes, & uocantur minuta propiora, siue si malueris propinquissima. Hinc uero usque ad principium Tauri ubi nostro æuo est oppositum augis, centrum epicycli iterum se elongat à centro mundi, non quidem per totalem excessum, hoc est, per 60. minuta, sed per 40. duntaxat, unde & rursus paulatim incipit descendere uersus centrum mundi, eadem lege qua prius à quinto gradu capricorni se elongavit à centro mundi usque dum peruenit ad oppositum augis, crescitq; approximatio illa quo ad centrum illud perductum sit ad primum gradum Canceris, ubi iterum in maxima ad terram est approximatione. Ad quod intelligendum adiecta de minutis proportionalibus figuram attende. Eam autem ad tempus nostrum ordinavi.



Linea circularis quæ transit per arcus minitorum proportionalium, ostendit motum centri epicycli. Ex ea licet aduertere, quomodo deferens epicycli & epicyclus ipse mouantur, ascendant & descendant intra duos ordines eccentricorum, quos nos nigros in superiori figura fecimus. Suprà in Theorijs trium superiorum planetarum ostendimus, Saturnum, Iovem, Martem & Venerem duplia habere minuta proportionalia, longiora scilicet & propiora, centrumq; epicycli recte per circulum moueri ab augo

ab augo ad longitudinem medium, & edem tenore à longitudine media descendere ad oppositum augis, & utrumque excessum, à longitudine media ad fastigium augis & ad propriorem punctum perigij diuidi in 60. partes æquales, quas minuta proportionalia uocant. In Mercurio uero centrum epicycli non circulariter per arcus minitorum proportionalium (quos Vallam parallelos uocare puto) usque ad oppositum augis per longitudinem medium, descendit, & rursus ab opposito augis per longitudinem medium in augem ascendit, sed cursus ille anfractus quosdam patitur, ut ab augo circularis flexura antequam ad longitudinem medium perueniat interrupatur, uergatq; in angulum quendam obtusum duobus signis antequam oppositum augis attigerit, id quod efficit motus duorum orbium deferentium eccentricum. Porro in Luna capiuntur minuta proportionalia simpliciter, hoc est, excessus ab augo ad oppositum augis per longitudines medias, diuiditur tantum semel in 60. minuta proportionalia, nechabitur ibi minuta longiora & propiora, cū non fiat distinctio duplicis excessus, quemadmodum paulò post suo loco dicemus. Nunc uero reuertemur ad superiore Mercurij figuram. Vides sine ea quatuor orbes nigros: è quibus extremus & intimus deferunt augem Mercurij, mouenturq; motus stellarum fixarum, de quo suprà in Theorijs trium superiorum planetarum diximus. Et hi orbes propter tardissimum motum ferè stare uidentur: uocanturq; deferentes augem Mercurij. Nihil autē agunt, nisi quod centrum epicycli propter eccentricitatem suam iam elongant à terra, & iam circum illi reddunt: tam & si non nihil propter alios duos nigros orbes impediantur, præsertim circa oppositum augis. Extremo nigro orbis subiectus circulum æquantis, quem & in 12. distribuimus signa, initio sumpto ab augo ipsa. Et hic circulus imaginarius est & non re ipsa in cœlo existens, sicut reliqui orbes, inseruens inuentioni medijs motus, sicut paulò post exemplo rem ipsam indicabo. Äquantis circulū sequitur aliis orbis niger, qui cum suo con sorte, orbe scilicet alio nigro, quem contiguū uides Eccentrico seu referenti epicyclum, gestat eccentricum ipsum, mouetq; sursum et deorsum, & nunquam in eodem situ consistere permittit. Et cum Eccentricus ipse seu referens epicyclum etiam peculiarem habeat motū, fit ut centrum Eccentrici describat paruum quendam circulum, transeuntem per centrum æquantis: qui quidem circulus in 12. diuisus partes, æquationi medijs motus inseruit, quam æquationem Tabularius per minuta proportionalia non sine labore cogit explorare. Et quia circulus ille minor est quam quod possit sensibilem recipere diuisionem, nos super eiusdem parui circuli centro descripsimus alium circulum maiorem, supra interiorem deferentem augem, distinximusq; more consueto in duodecim signa, numero à sinistra ad dextram progrediente. Horum autem usus est talis. Primum

c 3 elicetur

elicitur ex tabulis centrum medium, id est, arcus ab auge usque ad lineam mediū motus supputatus, & is queritur in circulo æquantis, ad finem eius mouetur orbis eccentricus & centrum epicycli: quo facto, idem numerus recensetur in paruo circulo, scilicet contra signorum consequentiam, & ad terminum eius circunducitur orbis, cuius titulus est, deferens eccentricum, & æquatus est medius motus planetæ. Et ut clarius intelligas quod uolo, finge centrum epicycli Mercurij hodie esse in auge: ibi nullum est centrum, cum centri numeratio fiat ab auge, & centrum deferentis epicyclum est in linea augis ex opposito centri æquantis, in quem cycli motum est secundum signorum sequelam uno signo siue triginta gradibus, & aux mobilis (sic enim libuit appellare punctum remotione deferentis eccentricum) retrocessit triginta gradibus, seu, quod idem est, centrum deferentis motum est in paruo circulo contra signorum ordinem 50 gradibus. Cum uero centrum epicycli distiterit tribus signis ab auge fixa, centrum deferentis in paruo circulo quoque recessit à linea augis tribus signis, & est tunc centrum epicycli in opposito augis mobilis, &c. Hæc omnium pulcherrime licet uidere in instrumento, quod ad modum prioris figuræ est formatum ex mobilibus rotulis, quale mihi est, unde hanc motus uariationem in Mercurio facile animaduertere potui, atque in hæc scripta redigere. Scio quantā mihi olim huius planetæ Theoria pepererit difficultatem, cum ex nudis figuris mihi quidam conarentur obtrudere uarium eius motum, & præsertim motum centri deferentis in paruo circulo, quem ne ipsi quidem satis exploratum habebant. Volui igitur ob eam rem aliquanto prolixior esse in huius planetæ explicanda Theoria.

De motu epicycli Mercurij Cap. VII.

**N**on differt motus epicycli Mercurij à motu epicycli Veneris. Nam mouetur primum in longitudinem secundum successionem signorum, compleq̄ motum illum in 115. diebus, & 54. minutis diei, hoc est, 22. ferē horis. Nam 24 minutahoræ, faciunt unum minutum diei. Ethoc motu Mercurius nunquam separatur à Sole nisi per tot gradus quot habet arcus cuius chorda est semidiameter epicycli. Est autem semidiameter epicycli Mercurij 22. graduum & 50. minutorum. Sustinet deinde & motum deviationis deferentis epicyclum, de quo suprà dixi. Tertius motus epicycli est motus declinationis ab ecliptica, qui fit super axim secantem axim motus longitudinis ad angulos rectos, quo epicyclus à superficie plana deferentis, planetam ab ecliptica, uel uersus eam inclinat, ita ut una medietas epicycli uersus Austrum & alia uersus Boream declinet. Et nota quando centrum epicycli est in

est in auge æquantis uel in opposito augis inclinatio epicycli est nulla, quia diameter augis ueræ tunc recte erigitur in superficie deferentis, & ad neutrum inflectitur latus. Soluente autem epicycli centro ab auge æquantis, memorata diameter flectitur à deferentis planicie, inclinaturq̄ auxilia epicycli in meridiem & oppositum eius in aquilonem, crescitq̄ sensim hæc inclinatio & efficitur continuo maior donec epicycli centrum attigerit primum nodum, qui est nostro æuo circa finem Capricorni, ubi maxima huiusmodi inclinationis latitudo contingit. Nam aux epicycli uera declinat ibi ab ecliptica ad meridiem uno gradu & 46. minutis, & oppositum augis quatuor gradibus atque quinque minutis. Digrediente autem à nodo illo centro epicycli, inclinatio augis epicycli fit continuo minor, donec centrum epicycli peruenierit ad oppositum augis æquantis, ubi declinatio est nulla, cum superficies epicycli ibi faceat in superficie deferentis atque eclipticæ. Discedente autem rursus centro epicycli ab æquantis perigio, superior medietas epicycli sensim inclinatur in Boream, & inferior in Austrum, usque dum centrum epicycli perlatum sit in nodum secundum, ubi maxima latitudinis inclinatio contingit: nam aux epicycli uera declinat in aquilonem uno gradu & 46. minutis, oppositum autem augis uergit in austrum 4. gradibus & 5. minutis. Inde latitudinis flexio fit continuo contractior, usque dum centrum epicycli perueniat ad augem æquantis. Quartus motus epicycli est motus reflexionis, quo pars orientalis epicycli nunc ad austrum, nunc ad aquilonem reflectitur, & similiter pars occidentalis opposita ad unam harum partium mouetur. Huius autem motus talis est ratio. Quando centrum epicycli est in nodis intersectionis, deferentis scilicet & æquantis, qui nostro æuo sunt in principio Leonis, & in fine Capricorni, reflexio est nulla, ut quando est circa finem capricorni, diameter latitudinum epicycli iacet in planicie deferentis, cum uero discesserit inde ad oppositum augis, pars orientalis epicycli reflectitur ad septentrionem, & pars opposita ad austrum, crescitq̄ continuo reflexio illa quoad centrum epicycli peruenierit ad principium Tauri, ubi maxima est reflexio; ibi enim tam reflexio orientalis quam occidentalis, aquilonaris & meridionalis est 2. graduum & 44. minutorum, idq̄ circa longitudines medias epicycli, & migrante inde epicyclo, minuitur sensim utraque latitudo reflexionis, donec centrum epicycli peruenierit ad alterum nodum, ubi reflexio iterum nulla est. Sed transito nodo, epicyclus paulatim se se contrario incipit reflectere motu, ita quod longitudine media orientalis uergat ad austrum & pars opposita in aquilonem usque dum centrum epicycli peruenierit ad augem, ubi maxima est reflexio, constans scilicet tam ab oriente quam ab occidente duobus gradibus, & 15 minutis. Quod si in hæc loco corpus planetæ summam tenuerit epicycli absidem, nullam habebit reflexionem.

Idem


Idem sentiendum cū fuerit in opposito augis epicycli, & tamen epicyclus habet ibi summam reflexionem, nullam autem inclinationem, at maximum deviationem, sicut supra explicuimus. De hoc satis, nunc ad Lunam descendemus.

De Luna Cap. VIII.

**E**abet Luna proprium & ab omnibus alijs planetis distinctum motum, sicut & orbes eius alia dispositione cohærent quām in reliquis planetis. Nō habet æquantem, neq; orbes eius deferentes augem, mouentur tardissimo illo motu stellarum ad orientem, sed rapidissimo motu feruntur ad occidentem. Sed & epicyclus non reuolutur sicut in alijs planetis secundum signorum consequentiam, sed contra eorum ordinem, hoc est, ab oriente in occidentem. Dividitur autem in 4. orbes atque in epicyclum. Primus & extremus est mundo concentricus, deferens capitis & caudę lunaris draconis nodos, motus super axe Zodiaci contra signorum cōsequētiā, absoluitq; singulo quoque naturali die minuta tria & secunda decem, secum tali motu totum cōlum lunæ & omnes orbes eius, quos ambit, circumducens. Et illo motu fit, ut poli augem deferentium circa polos eclipticæ circumferentias describant. Complet autem motum suum in 18. annis, & ferè 115. diebus. Post hunc orbem sequitur alius, qui cum suo compare deferit augem eccentrici, mouenturq; hi duo orbes super centro mundi & axe proprio, axem Zodiaci in centro mundi intersecante, cuius poli à polis Zodiaci quinq; gradibus inuariabiliter declinant. Et mouentur hi duo orbes contra successiōnem signorum omni naturali die supra mundi centrum regulari progressu undecim gradibus & duodecim minutis. Quartus orbis est Eccentricus Lunę seu deferens epicyclum Lunę, cuius scilicet utraq; superficies, conuexa & concava est eccentrica, distatq; centrum eius à centro mundi 12. partibus & 28. minutis, quarum partium linea augis habet 96. hoc est, cum centrum epicycli fuerit in auge, & linea à centro mundi ad centrum epicycli educta diuisa fuerit in 96. distabit centrum eccentrici à centro mundi 12. talibus partibus & ferè dimidia. Mouetur autem deferens epicyclum secundum successionem super centro mundi quotidie regulari progressu gradibus 13. & minutis decem. Et axis huius motus per suum proprium centrum, scilicet deferentis, transiens, axi augem deferentiū aequaliter mouetur, sicut & poli & centrum eius circa centrum & polos augem deferentium circumferentias describunt contra successionem signorum, & poli eius à polis augem deferentium distant secundum eccentricitatis quantitatē. Auxero huius orbis nō est semper sub ecliptica, sed aut uersus austrum aut aquilonem declinat, nec superficies deferentis ab ecliptica super diametro mundi semper æqualiter secatur, sed quando aux eccentrici

eccentrici latitudine fuerit, maior portio superficiei eccentrici uersus auge declinat.

Figura Lunaris Theoriz.



In hac figura præter orbem deferentem nodos capitū & caudę draconis, sunt duo orbes nigri correspondentes, qui deferunt augem Lunæ, & unus Eccentricus illis inclusus, qui & ipse inclusum tenet epicyclum Lunę. Hi orbes à creatore sic sunt coniuncti, ut in omni cōiunctione & oppositione media hæc tria simul secundum longitudinem inueniantur, aux deferentium eccentricum, centrum epicycli & linea medijs motis Solis. Soluente autem centro epicycli à loco coniunctionis inouetur illud uno quoque die secundum signorum consequentiā 13. gradibus & 10. minutis, & orbes deferentes augem similiter mouentur contra ordinem signorum quolibet die undecim gradibus & duodecim minutis: Sol autem mouetur inde quotidie secundum signorum successionem 59. minutis, unde fit ut linea medijs motus eius semper æque distet à centro epicycli atq; à puncto augis Lunæ

Lunæ. Nam licet motus quotidianus centri epicycli sit maior motu augis duobus gradibus, tamen Sol in sequens uno gradu per singulos dies pþro motu sese elongat ab auge, quo motu & uno gradu propiore sese exhibet centro epicycli Lunæ, facile constat illum semper mediū locū inter augem & centrum epicycli tenere. Fit etiā ut propter motu orbiū deferentī augē Lunæ, centrum eccentrici cōtinuo moueatur, & parui circuli ambitum circa mundi centrum describat. A puncto autē huic centro in hoc paruo circulo opposito, qui & ipse sicut & centrū eccentrici semper est in motu, emissā linea per centrū epicycli ostendit medianam epicycli augem. Hæc est eadem cum linea uera augis, quæ scilicet ex centro mundi per centrum epicycli educitur, quando centrū epicycli est in auge uel opposito augis deferentī. In longitudinibus uero medijs aux media epicycli & aux uera maxime distant, nempè 13. gradibus & 9. minutis, id quod in tabulis uocat æquatio centri, adiūcit q̄ uel demitur ab argumento Lunæ medio ut habeatur uerum. Nos in instrumentis nostris hoc quoque non negleximus, propriam scilicet ordinantes figuram post instrumentum mediū motus Lunæ, quæ quotidianas illas ostendat æquationes.


De motu epicycli Lunæ Cap. IX.

**E**picyclus Lunæ mouetur circa centrum suū, Lunare sydus sibi infixum superne contra signorum sequelam, inferne autē ad sequelam secū ferens. Motus eius quotidianus definitur esse 15. graduum, & 3. minutorum, unde fit ut epicyclus semel reuoluatur in 27. diebus & octo horis. Axis huius motus, circumferentia circuli eccentrici rectangulariter insidet, plana superficie ad centrum lunaris corporis motum descripta, in eccentrici superficie plana continuo manente. Dicitur autem eccentrici superficies plana, cuius circumferentiam epicycli centrum motu deferentis describit. Vnde fit ut circulus epicycli Lunæ nunquam à plana circuli deferentis superficie egrediatur, quin & Luna ipsa semper uno modo habet latitudinem, quę nascitur à deflexione circuli deferentis, cuius una pars in Boream, & altera in Austrum semper & regulariter quinq̄ gradibus uergit. Vnde siue corpus Lunæ fuerit in superiori medietate epicycli siue in inferiori, non habet maiorem uel minorem latitudinem quam centrum epicycli. Huius ratio est, quia sectio circuli eccentrici lunæ & planæ superficie eclipticæ, fitsuper diametro superficie eclipticæ, per mundi centrum transeunte. Nec tamen ob id circulus eccentricus Lunæ semper à mobilis eclipticæ plana superficie per æqua secatur. Cæterū hæ duæ sectiones uocantur caput & cauda draconis. Caput quando centrum epicycli per eclipticam uersus Aquilonem transit, & cauda quando ab Aquilone per eclipticam in Austrum mouetur. Et quod istarum duarū intersectionum nota non fixa in ecliptica habent loca, id sit ab orbe extrinsecō,

seco, cuius uirtute subiecti orbes quotidie tribus ferè minutis contra signorum ordinem mouentur, sicut & supra meminimus. Hinc fit ut circumferentia eccentrici continue superficie eclipticæ in alijs & alijs punctis eius uersus occidentem interfecet. Sequitur etiam ut tali motu poli augem deferentium circa polos Zodiaci periferias describant circulorum. Fit autem media coniunctio capitis draconis cum Sole in 348. diebus, & 24. minutis diei, id est, dimidia ferè die. Nunc quomodo minuta proportionalia in Luna simpliciter accipiantur, brevibus accipe. Æquationes argumenti quę in tabulis scribuntur, solum deseruiunt motui Lunæ cum illa fuerit in auge, id quod fit quando est in coniunctione aut oppositione cum Sole. Quando uero recedit ab auge centrū epicycli paulatim descendit uersus centrum terræ, usq; dum peruerterit ad oppositum augis, & interim epicyclus Lunæ maiorem & maiorem sese exhibit aspectui nostro, crescuntq; æquationes eius plurimum, ut cum in auge maxima æquatio habeat 4. gradus & 56. minuta, in opposito augis habet 7. gradus atque 34. minuta, & in longitudine media 6. gradus, & 15. minuta. Idem sentiendum de alijs argumenti gradibus. Inuestigato autem centro Lunæ, id est, distantia centrī epicycli ab auge (quam & duplex interstitium uocant ob medianem Solem) è regione eius habentur & minuta proportionalia, id est, quantū centrū epicycli in illo loco sese demiserit à summa abside, cum quibus & diversitate diametri proportione facta, elicetur quantum sit uel addendum, uel minuendum ab æquatione que solum pro loco augis iusta inuenitur.

Figura minutorum proportionalium lunarium.

Aux.



Oppositum Augis.

In hac figura circulus qui ab auge per alios circulos transit & descen-

dit,

dit, representat motum centri epicycli. Alij autem circuli complectuntur excessum duarum absidum lunarium, exprimuntq; quot minutis (sic enim vocantur 60. partes illius excessus) quolibet loco centrum epicycli ab auge descenderit.

De coniunctionibus & oppositionibus lumenarium. Caput X.

**C**ONIUNCTIO LUMINARIUM Sicut & aliorum planetarū est duplex, media & uera. Coniunctio media fit, quoties ipsorum mediiorum motuum lineæ in eodem signiferi gradu & minuto secundum longum inueniuntur. Et media eorum oppositio, cum in oppositis locis hemicyclo distiterint. Coniunctio autem uera est, cum ipsorum uerorum motuum lineæ simili pacto iuncte sunt. Et oppositio uera, cum illæ uerorum lineæ motuum, hemicycli dispescuntur interuerso. Coniunctio media fit semper exactis 29. diebus, 12. horis & 44. minutis. Coniunctio autem uera interdum requirit maius tempus & interdum minus, secundum quod Luna alium & alium situm habuerit in epicyclo, & Solis uerus motus præcesserit aut successerit medio. Idem iudicium est de oppositionibus. Est autem distantia mediæ oppositionis ad coniunctionem, dies 14. hore 18. & minuta 22. Et quarta media distas à proxima coniunctione uel oppositione diebus septem, horis nouem, & minutis undecim. Et nota quod in omni luminarium media coniunctione & oppositione, hæc tria simul inueniuntur, secundum longum, nempe centrum epicycli Lunæ, medij motus Solis linea & augis eccentrici Lunæ punctus. In medijs autem quadraturis, epicycli centrum semper inuenitur in opposito augis. Veteres quo semper in numerato haberent luminarium congressus & oppositiones, adiuenerunt cyclos, quos inseruerunt calendarijs, & secundum illos extrahebant singulas per annos & coniunctiones & oppositiones. Est autem cyclus reuolutio alicuius stellæ uel coniunctionis in determinato tempore ad priorem punctum signatū. Vel est certus aliquis annorum circuitus, post quem semper reuertuntur neomeniæ luminarium ad eadem initia, ut cum coniunctio finito cyclore sit in idem temporis momentum in quo ante certos annos fuit, & post tot annos est futura. Sic quidem prisci cyclorum conditores arbitrati sunt, cum tamen nullus facile cyclus lunaris inueniri possit, qui cum annis Romanis præcisè quadrare possit. Nam in omnibus antiquorum cyclis uel redundant aut deficiunt hore aliquot aut saltē aliqua minuta, ex quorū obseruatione tandem error aliquis nascitur. Arabes uero qui annos tantum lunares in usu habere feruntur, constantes duodecim mensibus, hi semper

Semper menses & annos suos inchoant à neomenijs, absoluuntq; feliciter hoc negocium cyclo annorum triginta. Siquidem cum annus eorum constet ex duodecim lunationib; que perficiuntur diebus 354. horis 8. minutis 48. que quidem hora & minuta tricies sumpta, præcise dies undecim constituant, in annis suis triginta, intercalant dies undecim annis communibus, qui constant, ut iam diximus, ex diebus 354. tertio unoquoque anno diem unum addentes, nonnunquam secundo, quoties uidelicet horas superabundantes duodecim excedunt. Et sic post triginta annos redunt coniunctiones luminarium ad eosdem dies & horas. At si & iste cyclus diligenter examinetur, non inuenietur omnino integer & perfectus. Nam licet continet 360. lunationes, desunt tamen minuta decem & octo, & totidem secunda, quo minus post triginta Arabicos annos reuertantur mediae coniunctiones ad eosdem dies, horas & momenta. Ex nostris uero quidam ponunt cyclum 76. annorum, in quo spacio fiunt 940. lunationes, que faciunt dies 27758. horas 18. & minuta 7. Sed dies in 76. annis contenti sunt 27759. Vnde constat quod in hoc annorum curriculo omnes coniunctiones & oppositiones anticipant tempus per quinque horas & 53. minuta. Estergo cyclus ille inutilis, qui in 360. annis variat coniunctiones & oppositiones per unum diem. Hæud minorem errorem continet cyclus Romanus, qui & Alexandrinus atque decennouennalis appellatur, & olim aureis literis in calendarijs scriebatur, unde & aureus numerus uocari coepit, quod singulis annis currens numerus in singulis duodecim mensibus solaribus quærebatur, & inde sciebatur dies medium coniunctionum luminarium atque oppositionum, is inquam fallax quoque est nuntius, tam & si cæteris in hoc negocio commodior fuerit. Nam quantitas anni Romani secundum Iulium continet dies 365. & horas sex. Deceim & nouem autem anni faciunt dies 6939. & horas 18. Perficiuntur autem in diebus 6939. horis sedecim atque minutis triginta duobus, lunationes 235. Vnde patet quod nouilunia reuertuntur post 19. annos Romanos ad eosdem dies, sed non ad easdem horas, cum sedes suas anticipent in una hora & 28. minutis. Que anticipatio crescit in 304. annis solaribus ad horas 23. & minuta ferè 29. Quomodo autem prisci ex coniunctionibus luminarium constituerunt annos communes & embolisticos siue intercalares, iam obiter dicam. Annū embolisticum uocauerunt, qui tredecim constabat lunationib; continens scilicet dies 384. Ponebant autem hunc annū, ut esset cōuenientia anni lunaris ad solarem. Annus autem lunaris communis, qui duodecim constat lunationib; habet tantum trecentos quinquagintaquatuor dies, & ita est minor anno solarī undecim diebus. Nam cum hodie luminaria simul coēunt, post reuolum annum solarem anticipatur coniunctio eorum undecim diebus, hoc

dicitur, Sol

est, Sol ab eadem die coniunctionis adhuc opus habet cursu undecim dies, donec cōplete annū suum, & perueniat ad punctū p̄cedentis coniunctionis. Illi aut̄ undecim dies in tribus annis faciūt 55. dies, qui faciunt mensem embolisticum. Alij uero tres residui dies, addendi sunt epactis sequentis anni, colligendiq; sunt iterum dies, donec numerus eorum ascendet ad trigenarium, qui sufficiens sit pro mense intercalando. Porro epactas uocant undecim illos dies, qui in anno communī à termino anni lunaris usq; ad complementum anni solaris colliguntur. Concurrunt autem & horae quædam atque minuta, sed quæ nos hic consulto omittimus, breuitati studentes. Hæc epactarum cōputatio respicit Nycenam synodum. Nam primo anno post Nycenum concilium, qui fuit annus Christi 323. incēpit cyclus decennouennalis, fuitq; anno illo unum scriptum in calendario ad singulos menses, illis scilicet diebus in quibus media luminarium siebat coniunctio. Deinde anno secundo inscriebant 2. anno tertio 3. & sic consequenter usque ad annum decimum nonum. In illis decem & nouem annis faciebant septem annos embolisticos, scilicet anno tertio, sexto, octauo, undecimo, decimoquarto, decimo septimo & decimonono. Primus enim annus aurei numeri habet epactas undecim, secundus 22. & tertius 33. quo anno faciebant embolismum, reseruantes tres residuos dies, propter quos quartus annus habet 14. epactas, quintus 25. & sextus 36. quo anno iterum intercalandus erat mensis, reseruandiq; sex residui dies qui unā cum epactis sequentium duorum annorum atque concurentibus horis & minutis ferè ascendunt ad integrā lunctionem, quæ proprietate habet 29. dies 12. horas & 44. minuta, ideo anno octauo iterum faciebant embolismum. Hebræi hæc aliquanto exactius seruant, usurpan tes etiam cyclum decennouennalem, & computationem suam ad initium mundi referentes: qua re multa in calendario Hebraico scripsi, & eadem per instrumenta, si dominus uitam concederit, tradere proposui. Sed ut ad Latinorum cyclum redeamus, ponam hic regulam, per quam facile disces epactas cuiuslibet anni: Multiplica aureum numerum tui anni per undecim & productum diuide per 30. & quod residuum fuerit sunt epacte illius anni. Quod si productum non possis diuidere, productum ipsum sunt epacte.

### De Eclipsibus Cap. XI.




Eclipsis Lunæ contingit propter diametralem terræ interpositionem inter Solem & Lunam. Tunc enim umbra terræ pyramidalis, Lunæ sphera transiens, Solem impedit ne radij eius pertingant ad corpus lunare. Est autem quædam eclipsis

eclipsis Lunæ particularis, quando scilicet solum Lunæ pars atrescit, & quedam uniuersalis, cum tota in tenebras ingreditur. Nec unquam accidit eclipsis Lunæ, nisi cum Luna in oppositione fuerit in capite uel cauda draconis, aut prope: tunc em̄ terra diametraliter interponit inter duo corpora Solis & Lunæ, & umbra terre corpus Lunæ includit. Digitus eclipsis dividetur uncia diametri corporis patiētis defectū luminis. Est aut̄ uncia duodecima pars. Minuta casus in deliquio lunari sunt minuta signiferi, que in termino Luna conficit, Solem superādo à principio ad mediū particularis aut uniuersalis eclipsis sine mora, uel à principio uniuersalis cū mora ad totius obscurationis principiū. Minuta mōrē dimidijs sunt minuta signiferi, que Luna à totius obscurationis initio ad mediū superando Solem conficit. Et nota quando Luna est in auge sui eccentrici, sicuti est in omni cōiunctione & oppositiōe, & simul est in summo fastigio sui epicycli, uisualis diameter corporis lunaris est 29. minutorum, & diameter umbræ in loco transitus Lunæ 75. minutorū. At cum corpus Lunæ in eodem eccentrici loco fuerit in periglio epicycli, diameter corporis lunaris est 36. minutorum, & chorda transitus lunaris in umbra 94. minutorum. Accipe nunc semidiametros umbræ & Lunæ in auge epicycli, & iunge eas simul, & inuenies Lunam in illo loco non posse eclipsari, quando quidem centrum corporis lunaris habeat maiorem latitudinem quam sint 52. minuta. Iunge etiam simul semidiametrum Lunæ quando est in opposito augis epicycli, & semidiametrum umbræ transitus illius, & inuenies Lunam ibi non posse eclipsari ultra latitudinem 66. minutorum. Hinc licet etiam colligere, Lunā posse eclipsari in inferiori parte epicycli, quando in superiori parte circumferentia corporis Lunæ aliquot minutis distabit à peripheria umbræ, puta minutis quatuordecim quæ in opposito augis epicycli Lunam atram reddunt ferè quatuor uncij seu punctis. Qui tabulas eclipsium considerunt, extenderunt terminos eclipsium lunarium ad tredecim gradus ante & post caput atque caudam draconis. Unus gradus ante & post caput uel caudam, facit in latitudine quinque minuta: duo, decem, Tres quindecim, quatuor ferè 21. Quinq; uiginti sex, sex, triginta & unum, Septem 36. octo ferè 42. novem 47. decem 52. undecim 57. duodecim 62. Tredecim 67. Sed hæc fortassis aliquando clarius & fusius tradam per tabulas, quando opportuna sece obtulerit occasio, etiam si infra non omissuri simus commodum instrumentum. Sat iam fuerit ostendisse, quibus ex causis & sub quibus terrenis Lunæ contingant deliquia.

Eclipsis Solis est luminis solaris à nostro aspectu subtractio, ob corporis Lunaris inter Solem nostrum que aspectum proueniens interuentum: id quod non nisi in cōiunctione contingere potest, si in capite uel cauda draconis fiat coniunctio ipsa. Cum autem Sol nunquam in omni terræ plaga totus

totus obscuretur, profus non conuenit ei deliquum uniuersale; immo Sol nunquam capitur spoliatur q̄ suo lumine, nisi quantum corpus Lunæ illum abscondit ab oculis nostris. In Solis deliquio potissimum aduertenda est diuersitatis aspectus. Hic enim in causa esse potest, ut Romanis eclipsis Solis particularis fiat, Scotis & Danis nihil de ea re uidentibus, & econtra. Aut Romanis eclipsis aliqua multo maior appareat quam septentrionalibus populis & econtra, aut quod orientales populi aliquot horis prius uideant eclipsim quam occidentales. Non enim contingit eclipsis Solis tempore coniunctionis ueræ, nisi illa fiat in meridie, sed uisibilis coniunctio, in qua fiunt eclipses, aut præcedit aut sequitur ueram coniunctionem: id quod totum sit propter diuersum aspectum oculi existentis in centro terræ, & oculi à superficie terræ in sublime directi, & propter nimiam distantiam qua Sol altior est Luna. Hæc diuersitas utcunq; potest demonstrari per figurā, quantum attinet ad longitudinem non autē in latitudine. Hic notandum, quando uera coniunctio luminarum est inter gradum eclipticæ ascendentem, & nonagesimum eius ab ascendentē, uisibilis eorum coniunctio præcedit ueram. Si autem inter eundem nonagesimum gradum & gradum occi-



Centrum terre.

dentem fuerit, uisibilis ueram sequetur. Quod si in eodē nonagesimo gradu acciderit, tunc simul uisibilis coniunctio cum uera fiet, nullaq; diuersitas aspectus in longitudine continget. Nonagesimus namq; gradus eclipticæ ab ascendentē, semper est in circulo per Zenith & polos Zodiaci procedente. Minuta casus in deliquio solari sunt, quæ à principio eclipsis ad medium usq; Sole superato ultra ipsum Luna peragit. Et cū Sol fuerit in auge sui eccentrici, uisualis eius diameter est chorda unius & triginta minutorū. Vnde patet Lunam in eo loco cœli, quando & ipsa summam epicycli tenet sedem, non posse totum corpus solare obtegere, cum diameter eius tunc tantum 29. sic minutorum. At si in opposito loco augis epicycli fuerit, totum solem obscurare potest, cum uisualis diameter eius tunc chorda sit 36. minutorū, atq; sic corpus eius maius cœli occupet spacium quam corpus solare. Cæterū quando Sol tenet perigl[y]u sui eccentrici, diameter eius est 34. minuto.

minutorū. Terminī intra quos Sol potest eclipsari, sunt 20. gradus ante & post caput atq; caudam draconis, quando sunt ex parte septentrionis, & septē gradus quando uersant caput & cauda à parte meridiei. Patet hinc Solem posse eclipsari quando centrū Lunæ distat ab ecliptica uno gradu & 40. minutis. Cæterum distantia coniunctionis ueræ à media crescit in horas & minutis secundum quod coniunctio fit longe à nonagesimo gradu ascendentis. Maior autem distantia in climate nostro est hora una & minuta 52. idq; in Piscibus & Scorpione.

FINIT LIBER PRIMVS.

## THEORICARVM

PLANETARVM LIBER SECUNDVS, OSTE-

dens qua ratione singulis diebus totius anni facilimo modo per  
hæc instrumenta inueniantur planeta-  
rum uarij motus.

## PRAEFATIO SEBASTIANI MUNSTERI.

Ecclitus haec tenus longam moram, sed fortassis non inuti-  
lem, in explicandis planetarum Theorijs, sine quarū co-  
gnitione nemo uerē Astronomiæ peritiam sibi usurpa-  
re potest, quantumlibet in sphera se putet multum pro-  
ficiisse, quæ uelut iprima exhibet studiosis Astronomiæ  
elementa, ortum docens & occasum stellarum, dierum parallelos, & item  
eoru noctiumq; longitudines in diuersis mundi climatibus, signorū rectas  
& obliquas super horizontē ascensiones, atq; alia id genus: at rationē pro-  
gressus & retrogradationis, stationis, uelocitatis, tarditatis & inæqualitatis  
motus ob oculos nō ponit, sed maiori opus est intellectus acumine, ut hæc  
ex ueris & certis cognoscantur causis, etiam si sphaera non mediocres ferat  
suppetias ad hæc capessenda. Sed de his & alijs multa scriplerunt, & quisque  
pro modulo suo conatus est ea uel compendio uel colorato sermonete  
re, unde tamen simplices parum suopte ingenio proficere possunt, quod  
illis desit practica & ocularis demonstratio motuū atq; revolutionum tam  
multiplicium orbium. Extant quidem multa planetarum æquatoria, ut  
suprà quoq; meminimus, sed quæ tanta ingenij subtilitate sunt fabrefacta,  
ut etiam ab ijs, qui erraticarum stellarum speculationes tenent, uix intelli-  
gi queant. Nos proinde rudiori Minerua negociū hoc absoluentes, simul,  
e & specu-



& speculationem ipsam, & facilimum usum trademus, ut quiuis citralaborem quotidie inuenire ualeat, quē locū planeta quilibet teneat in æquante atque in epicyclo, quanta sit æquatio centri & argumenti, addenda uel minuenda à medio motu, an planeta sit directus, retrogradus aut stationarius: hæc & his similia sola fili ad diem propositum extensio oculariter in nostris instrumentis uideri possunt, quemadmodum iam ostendimus.

Quomodo trium superiorum planetarum instrumenta  
ad principium anni iusto situ sint ordi-  
nanda Cap. I.

**C**onstat cuiuslibet planetæ superioris instrumentum duplice figura, una quæ sinistrum tenet locum medio inseruit motui, & altera ad dextram locata, epicyclum repræsentans, offert quotidianas æquationes medio motui adiiciendas, uel ab eo minuendas. Rota uero mobilis, quæ & in organo medijs motus habetur atque in orbiculo epicycli, duodecim gestans mensium nomina, figenda est cum cera in principio anni in hunc modum. Ingredere sequentem numerorum tabulam è regione anni Christi currentis, non completi, & numerum signorum, graduum atque minutorum quæ inuenieris sub titulo medijs motus Saturni, aduerte, eaq; à principio arietis in organo Saturni numera, & ad finem eorum fige cum cera denticulum rotulae mobilis, ut immobiliter sic fixa maneat usque ad finem anni, & ostendent singulæ mensium notæ, aut filum per eas tractum, medium motum Saturni per totum annum, & equationem quoque centri medio motui addendam & ab argumento subtrahendam aut econtrà. Poteris etiam hinc si uolueris, facile inuenire centrum Saturni, quod est arcus ab auge Saturni, secundum signorum successionē usq; ad lineam medijs motus supputatus. Haud secus ages pro rotula epicycli Saturni figenda: accipiendo scilicet è regione anni Christi currentis sub titulo, argumentum medium Saturni, signa & gradus, & numerando ab auge epicycli atque ad finem eorum firmando rotulam mobilem. Quo facto, respondebunt singulis diebus argumēta media epicycli mensibus & diebus calendarij in rotula mobili descripta. In anno tamen bissexto, post diē diui Mathiae sunt rotule mobiles per unum diem promouendæ & sicfigendæ, aut si id nolueris, accipe usq; ad finem anni hodiernum diem pro crastino. Non aliter figendæ sunt rotule mobiles in organis Louis & Martis, sumpsis ex sequenti tabula eorum radicibus, ad principium anni Christi currentis signatis.


Anni

An.	Saturni	louis	Martis	H	L	ot
b 1536	4 14 16	11 16 21	3 14 17	5 5	10 26	4
1537	4 26 30	0 16 42	9 26 5	+ 23 0	2 11 23	
1538	5 8 44	1 17 3	4 7 2	4 11 8	2 5 11	
1539	5 20 58	2 17 24	10 18 19	3 29 7	1 11 0	
b 1540	6 3 12	3 18 0	4 29 36	3 16 6	0 4 18	
1541	6 15 26	4 18 22	11 11 45	3 4 5	1 10 8	
1542	6 27 40	5 18 44	5 23 2	2 21 4	0 3 26	
1543	7 9 54	6 19 6	0 4 19	2 9 3	0 9 14	
b 1544	7 22 8	7 19 28	6 15 36	1 26 1	29 3	
1545	8 4 22	8 19 50	0 27 25	1 15 0	29 8 22	
1546	8 16 36	9 20 12	7 8 42	1 2 11 29	2 12	
1547	8 28 50	10 20 34	1 20 0	0 19 10	28 7 29	
b 1548	9 11 4	11 20 56	8 1 17	0 7 9	28 1 17	
1549	9 23 18	0 21 18	2 13 4	11 25 8	27 7 6	
1550	10 5 32	1 21 36	8 24 21	11 13 7	27 0 25	
1551	10 17 46	2 21 58	3 5 38	11 0 6	26 6 13	
b 1552	11 0 0	3 22 20	9 16 55	10 18 5	25 0 2	
1553	11 12 14	4 22 42	3 28 44	10 5 4 25	5 21	
1554	11 24 28	5 23 4	10 10 1	9 23 3	24 11 9	
1555	0 6 42	6 23 26	4 21 18	9 10 2	24 4 28	
b 1556	0 18 56	7 23 48	11 2 35	8 27 1	23 10 16	
1557	1 1 10	8 24 10	5 14 24	8 15 0	23 4 5	
1558	1 13 24	9 24 32	11 25 41	8 2 11	22 9 24	
1559	1 25 38	10 24 54	6 6 58	7 19 10	22 3 12	
b 1560	2 7 52	11 25 11	0 18 15	7 10 9	21 9 1	
1561	2 20 6	0 25 34	7 0 4	6 29 8	21 2 20	
1562	3 2 20	1 25 56	1 11 21	6 17 7	21 8 8	
1563	3 14 34	2 26 18	7 22 38	6 5 6	20 1 26	
b 1564	3 26 48	3 26 40	2 3 55	5 23 5	20 7 15	
1565	4 9 2	4 27 0	8 15 43	5 11 4	20 1 4	
1566	4 21 16	5 27 22	2 27 0	4 29 3	19 6 22	
1567	5 3 30	6 27 44	9 8 17	4 15 2	19 0 11	
b 1568	5 15 44	7 28 6	3 19 34	4 3 1	18 5 29	
1569	5 27 58	8 28 28	10 1 23	3 21 0	18 11 18	
1570	6 10 11	9 28 46	4 12 40	3 9 11	17 5 6	
1571	6 22 26	10 29 7	10 23 57	2 27 10	17 10 25	
b 1572	7 4 40	11 29 28	5 5 14	2 14 9	17 4 14	
1573	7 16 54	0 29 50	11 17 0	2 2 8	16 10 2	
1574	7 29 8	2 0 11	5 28 17	1 20 7	16 3 21	
1575	8 11 22	3 0 32	0 9 34	1 8 6	16 9 10	

e 2 Quod

Quod si uolueris has annorū radices, in ulteriores extēdere annos, ages  
hoc modo: Pro Saturno post annū cōmunē adiūcīes medio motui gradus  
12. minuta 13. & secunda 35. Sed post annū bissexturn adiūcīes radici eiusdē  
anni gradus 12. minuta 15. secunda 35. Argumēto uero adiūcīes post annū  
cōmunē signa 11. gradus 17. minuta 32. & secunda 5. Et post annū bis-  
sexturn adiūcīe signa 11. gradus 18. minuta 29. atq; secunda 5. Et quoties ex  
illa additione numerus signorū creuerit ad 12. uel ultra 12. ab iūcīes 12. &  
residua signa annotabis pradice anni tui. Quod si in hac re exemplū, quod  
imiteris, habere desideres; en sumā radicē in anni Christi 1554. quē p me-  
dio motu Saturni habet signa 11. gradus 24. minuta 28. & quoniā est an-  
nus cōmunis, adiūcio ei gradus 12. minuta 13. atq; secunda 35. & inuenior a-  
dicē mediū motus p initio sequētis anni, nempē signa 12. gradus 5. & mi-  
nuta ferē 42. Et cū iā iusserimus abiūcīere 12. signa, quoties illa in radicibus  
inueniunt̄ (est enim circulus signorū completus) loco eorū scribo in radice  
cifram o. Aliud exemplum. Anno Christi currēte 1557. uolo exp̄ce-  
denti anno colligere radicem argumenti Saturni, inuenio p̄ precedentem  
annum esse bissextum, ideo radici eius, nempē signis 8. gradibus 27. adiū-  
cio signa 11. gradus 18. atq; minuta 29. & reiectis 12. signis inuenio ra-  
dicem ad principium anni, signa 8. gradus 15. & minuta 29. Cæterum  
pro loue adiūce post annum communem radici mediū motus, signum unū,  
gradum nullum, minuta 20. atque secunda 29. Et post annum bissexturn  
signum unum, gradum nullum, minuta 25. & secunda 17. Item argumen-  
tum post annum cōmunem, signa 10. gradus 29. minuta 25. secunda 10.  
Et post annum bissexturn, signa 11. gradus 0. minuta 19. & secunda 10.  
Pro Marte uero adiūce post annū communē radici mediū motus, signa 6.  
gradus 11. minuta 17. & secunda 5. Et post annum bissexturn, signa 6. gra-  
dus 11. minuta 48. atq; secunda 32. Argumento autem post annum com-  
munem adiūce signa 5. gradus 18. minuta 28. & secunda 34. Et post annū  
bissexturn, signa 5. gradus 18. minuta 56. atq; secunda 16. Etnota; quan-  
do dico post annū bissexturn, intelligendus est solum mox sequens annus, cui  
maior additio fieri debet quām reliquis tribus annis. Ordinatis proinde  
rotulis ad radicem anni, eisdem p̄ affixis, quomodo medium & uerum pla-  
netē locum inuenias, iuxta ipsa instrumenta disseram; illuc inuenies regulas  
pro medio motu atq; ēquatione argumenti eliciendis.

De situatione instrumentorū Solis, Veneris atq; Mercurij  
ad principiū anni. Cap. I I.



Bsoluimus hic sub una figura mediū motus Solis, mediū quoq;  
motū Veneris & Mercurij, tametī pro Mercurij medio mo-  
tu propriam ordinauerimus figuram, propterea quod ēqua-  
tio centri eius non est eadem cū ēquatione Solis, quemadmo-  
dum

dum Veneris ēquatio conuenit cum Sole, sicut & unam atq; eandem ha-  
bent augem. Debent autem figura mediū motus Solis & figure epicyclo-  
rum Veneris & Mercurij ordinari in principio anni secundum radices in-  
sequentia tabula signatas. In anno autē bissexto rotula mediū motus est pro-  
mouenda à suo situ uno gradu post finem Februarij, & rotula argumenti  
Veneris per 37. minuta, rotula autē argumenti Mercurij per 5. gradus,  
aut accipiendo est crastinus dies pro hodierno.

Anni Chri- sti cur- rētes.	Medius mo- tus Solis,			Argumentum medium.		
	S	G	M	S	G	S
b 1536	9	18	51	6	4	5
				1	19	7
1537	9	19	36	9	4	9
				4	19	10
1538	9	19	22	0	4	4
				7	20	2
1539	9	19	6	3	5	13
				10	20	22
b 1540	9	18	52	7	20	2
				3	5	19
1541	9	19	37	9	6	13
				4	21	7
1542	9	19	22	0	6	27
				10	21	11
1543	9	19	8	7	21	21
				3	7	5
b 1544	9	18	54	0	6	9
				10	22	24
1545	9	19	39	6	7	0
				9	22	18
1546	9	19	24	4	21	1
				0	6	15
b 1547	9	19	10	7	21	5
				3	7	6
1548	9	18	56	6	7	10
				0	22	18
1549	9	19	40	1	22	0
				9	7	15
1550	9	19	26	7	21	2
				3	7	9
1551	9	19	12	10	22	24
				6	7	0
b 1552	9	18	57	0	7	27
				1553	9	19
1553	9	19	43	1	22	3
				1554	9	19
1554	9	19	29	9	7	9
				1555	9	19
1555	9	19	15	4	22	3
				1556	9	19
b 1556	9	19	0	0	7	5
				1557	9	19
1557	9	19	41	7	23	24
				1558	9	19
1558	9	19	27	3	8	18
				1559	9	19
1559	9	19	12	10	23	12
				b 1560	9	19
1560	9	19	58	6	8	1
				1561	9	19
1561	9	19	45	1	24	3
				1562	9	19
1562	9	19	30	9	9	27
				1563	9	19
1563	9	19	16	4	24	5
				b 1564	9	19
1564	9	19	2	0	9	8
				1565	9	19
1565	9	19	46	7	24	10
				1566	9	19
1566	9	19	32	3	9	0
				1567	9	19
1567	9	19	18	10	24	2
				b 1568	9	19
1568	9	19	3	6	9	3
				1569	9	19
1569	9	19	48	1	25	5
				1570	9	19
1570	9	19	35	9	10	15

e 3 Quod

## THEORICARVM PLANETARVM

Quod si has radices uolueris ad ulteriores extendere annos, ages in hunc modum. Pro medio motu Solis extendendo, aufer à radice præcedentis anni minuta 14. & secunda 20. & habebis mox sequentis anni radicem. Pro anno tamen qui sequitur mox post annum bissexturn, nihil oportet subtrahere, sed superaddenda sunt radici præcedentis anni minuta 44. atque secunda 48. Pro argumento uero medio Veneris, debent singulis annis superaddi radici præcedentis anni signa septem, gradus quindecim, & secunda duo. Et post annum bissexturn, signa septem, gradus quindecim, atque minuta triginta & octo. Pro medio autem argumento Mercurij adiçienda sunt radici præcedentis anni, signum unum, gradus uigintitres, minuta quinquaginta sex, & secunda quadraginta septem. Et post annum bissexturn, signum unum, gradus uigintiseptem, minuta duo & secunda quadraginta septem. Cæterum medius motus Mercurij nulla eget rotulae situatione, cum calendarium Romanum erogione signorum Zodiaci positum, ferè respondeat duodecim signis & eorum gradibus. Ut tamen nullus notabilis error tibi occurrat, poteris per medium motum ex figura medijs motus Solis & Veneris huc translatum, inquirere & quationem centri atque medijs argumenti. Notandum præterea hic, quod initium diei Astronomico more inchoamus à meridie præcedentis diei, finimusq; in meridie hodiernæ diei. Vnde primus anni dies incipit in meridie ultime diei Decembri, & secundus incipit in meridie Circumcisio- nis: quod potissimum obseruandum est in motu Lunæ, cum ille celerior omnibus reliquorum planetarum motibus sit. Quod tamen infrà suo loco non grauabimur denuo repetere.

De situatione instrumentorum medijs motus atq;  
argumenti Lunæ. Cap. III.

**H**abet medijs motus Lunæ rotula mobilis denticulum prominentem, qui index est principij Ianuarij & is in principio anni caute est figendum ad gradum & minutum Zodiaci, quem radix anni Christi currentis infrà in tabula radicum Lunæ exprimit, & ostendit singuli dies mensium in illa rotula, quem locum & gradum per totum annum medius Lunæ occupet motus in Zodiaco. Scripti sunt ut cernis nomina mensium in exteriori lymbo rotule, iuxta lineolas initia mensium representantes, etiam si illuc initium mensis non sit auspiciandum, sed lineola ipsa te ducit ad miniculum filii extensi ad paruam crucem in nigra linea spirali factam, ubi initium est faciendum mensis, solo Ianuario excepto, cuius initium est apud denticulum. At si initium uolueris ha-

bere

## LIBER SECUNDVS.

bere Martij, quæres nomen eius in margine, & extenso filo per lineolam eius apparebit crux in linea spirali supposita filo, & ea est initium primæ diei Martij. Etnota quod initia mensū in linea spirali sunt signata crucibus, dies autem mensium, qui numerandi sunt secundū successionem mensū, exprimuntur magnis punctis, & spacia paruorū punctorū quæ inter puncta dies representantia sunt notata, comprehendunt interualla sex horarum, hoc est, cum dies incipiat in nostris instrumentis iuxta Astronomorum consuetudinem à meridie præcedentis diei, primum paruum punctū representabit horam sextam uespertinam, alterum medium noctem & tertium horam sextam matutinam. Porro in anno bissexto post finem Februarij mouenda est rotula mobilis per spacium unius diei secundum successionem mensium, aut quod commodius est, moue denticulum in orbe signorum per tredecim gradus, & decem minuta, & rursus affige eam, ut sic immobilis usque ad finem anni permaneat. Poteris etiam crastinum diem pro hodierno accipere à principio Martij usque ad finem anni, si nolueris rotulam mouere ab eo situ, quæ à principio anni accepit. Quicquid autem diximus de rotula medijs motus Lunæ, idem sentieundum est de rotula medijs eius argumenti. Habet enim eandem, quæ rotula medijs motus dispositionem, nisi quod dies non distinximus in ulteriores horarū divisiones. Rotula eius in anno bissexto post finem Februarij mouenda est à priori situ secundum signorum argumenti sequelā, tredecim gradibus, & quatuor ferè minutis.

Anni

Anni Chri sti cur- rentes.	Medius mo- tus Lunæ			Argumentum medium.	
	S	G	m	S	G
b 1536	0	13	15	8	28
1537	5	5	59	9	9
1538	9	15	12	3	10
1539	1	24	35	6	8
b 1540	6	3	55	9	8
1541	19	26	29	9	18
1542	3	6	2	3	17
1543	7	15	25	6	16
b 1544	11	24	47	9	14
1545	4	17	31	0	26
1546	8	26	49	3	25
1547	1	6	7	6	24
b 1548	5	15	25	9	22
1549	10	8	0	1	4
1550	2	17	21	4	3
1551	6	26	45	7	2
b 1552	11	6	7	10	1
1553	3	28	40	1	12
1554	8	8	5	4	11
1555	0	17	25	7	19
b 1556	4	26	59	10	9
1557	9	19	22	1	20
1558	1	28	45	4	19
1559	6	8	7	7	18
b 1560	10	17	34	10	17
1561	3	10	5	1	28
1562	7	19	39	4	27
1563	11	28	53	8	26
b 1564	4	8	15	10	25

## LIBER SECUNDVS.

Quo pacto figenda sit rotula æquationis cefi-  
tri Lunæ Cap. IIII.



Ost medium Lunæ motum sequitur figura æquationis centri Lunæ, unde scilicet singulis diebus per totum annum discitur, quantum aux media epicycli distat ab auge uera eiusdem epicycli, quæ in continua sunt uariatione ob continuum motum puncti oppositi centro eccentrici, nisi quando centrum epicycli est in auge deferentium eccentricū, aut in opposito eius, id quod semper fit in coniunctione & oppositione luminarium atq; in quartis eorum: tunc enim aux epicycli media, & aux uera idem sunt epicycli punctus, ob centri mundi & memorati puncti centro eccentrici oppositi subalternationem. Ordinavimus autem præsens instrumentum tali dispositione, ut Zodiacus in 24 sit diuisus signa, ob id quod centrum epicycli bis singulis lunationibus ueniat in augem deferentium eccentricum, semel scilicet in coniunctione & semel in oppositiōe. In quadraturis uero est in opposito augis. Infra Zodiacum sunt æquationes centri, quæ ab auge crescunt usque ad sextilem aspetum, & hinc rursum sensim minuuntur usq; ad quadraturam. Porro rotula mobilis continet 12 menses & quoslibet eorum dies in una linea spirali, & si iuxta radices infra positas fuerit iuste à principio anni matrici affixa, ostendet per singulos dies totius anni, quot gradus fuerint addendi uel minus ab argumento medio, itemq; in quos dies & ferè horas singulæ totius anni coiunctiones, oppositiones & quadrature medie cadant. Notabis autem hic quod & suprà monuitus, quod dies coniunctionum & oppositionum inchoandi sunt à meridie hesterni diei, & terminandi in hodiernum meridiem. A principio itaq; anni quære in subscripta tabula è regione anni Christi currentis radicem in signis, gradibus atque minutis, & ad finem eorum in Zodiaco fige denticulum rotulæ mobilis, siue, quod idem est, principium Ianuarij, & stabit sub hoc situ per totum annum. In anno tamen bissexto mutanda est secundum ordinem signorum per diem unum, hoc est, per 24. gradus & 23. minuta, idq; in fine Februarij, & sic affixa dabit usq; ad finē anni. Dies mensium numerandi sunt secundum successionem mensium in margine scriptorū, & initia mensium sunt accipienda à crucibus que in linea spirali respondent lineolis iuxta nomina mensū in margine scriptis.

f Annī

Anni Christi currentes.	Signa.	Grad.	m
b 1536	4	48	53
1537	14	32	31
1538	22	51	48
1539	8	11	0
b 1540	16	30	15
1541	2	13	53
1542	10	33	8
1543	18	52	23
b 1544	4	11	37
1545	12	55	15
1546	22	14	29
1547	6	33	44
b 1548	14	52	59
1549	0	36	37
1550	8	55	51
1551	18	15	6
b 1552	2	34	21
1553	12	17	59
1554	20	37	13
1555	4	56	28
b 1556	14	15	43
1557	22	59	20
1558	8	18	35
1559	16	37	50
b 1560	0	57	5
1561	10	49	42
1562	18	59	57
1563	4	19	12
b 1564	12	38	27
1565	22	22	5
1566	6	41	19
1567	16	0	34
b 1568	0	19	49
1569	10	3	27
1570	18	22	41

Quod

Quod si post annum Christi 1570. has radices ulterius producere uolueris, adder radici præcedentis anni signa 8. gradus 19. minuta 14. & secunda 47. & habebis radicem pro anno mox sequenti. Post annum tamen bissexturn propter unum intercalatum diem oportet addere radici anni bissextri, signa 8. gradus 43. minuta 57. atque secunda 43. id est pro uno tantum anno mox annum bissexturn sequente.

Quomodo statuendum & figendum sit instrumentum mediarum coniunctionum, oppositionum & quartarum luminarium Cap. VI.



Ignauimus infra primam cuiuslibet anni Christi currentis usque ad annum Christi 70. coniunctionem, quæ scilicet cadit in Ianuarium, & ea præcise in diebus horis & minutis limbo exteriori respondente, habentur oes totius anni mediæ coniunctiones. Affiges autem rotulam mobilem in hunc modum. Quare anni tui radicem in Ianuario, incipiendo & numerando à denticulo, ubi initium est Ianuarij, & pergendo secundum successionem nominum mensium, & ubi definit numerus, eum locum præcise uertas & supponas signo coniunctionis, quod matrix instrumenti in sui fastigio gestat, ubi initium est lunationis, & sic cum cera affigas. In anno tamen bissexto post Februariū mutandus est hic situs per unum diem, ita quod locus prior Ianuarij mouendus est ad lineolam ubi in matrice scribitur unum. Et nota quod in rotula mobilibus puncta magna & parua, Magna representant dies, & parua horas dierum, non singulas, sed inter capedo duorum punctorum quatuor complectitur horas. Poteris autem in hoc instrumento duo uidere, nempe medium coniunctionem, medium oppositionem & utramque medium quadraturam cuiuslibet mensis, in quam diem & ferè horam cadant. Vt si uolueris habere medias coniunctiones omnium mensium, trahes filum ad signum coniunctionis, & numerabis dies à principio Februarij, à principio Martij, à principio Aprilis, &c. usq; ad hoc extensum filum, & offertur tibi numerus dierum & horarum quando futura est coniunctio media tui mensis, Alterum quod hinc disces, est ætas Lunæ. Nam si filum extenderis ad diem aliquem, quicunque sit, ostendet in limbo quot transierint dies & horæ à proxima transacta media coniunctione, oppositione uel quadratura, & quot dies & horæ adhuc sint ad proxime futuræ coniunctione uel oppositio nem. Incipimus autem hic diem, sicut & supra, à meridie præcedentis diei.

43 Radices

Anni Christi currentes.	D	H	M
b 1536	22	14	22
1537	10	23	10
1538	29	20	42
1539	19	5	31
b 1540	8	14	20
1541	26	11	52
1542	15	20	41
1543	5	5	30
b 1544	24	3	2
1545	12	11	51
1546	1	20	40
1547	20	18	12
b 1548	10	3	2
1549	28	0	33
1550	17	9	22
1551	6	18	11
b 1552	25	15	43
1553	14	0	32
1554	3	9	20
1555	22	6	53
b 1556	11	15	42
1557	29	13	14
1558	18	22	3
1559	8	6	53
b 1560	27	4	26
1561	15	13	15
1562	4	22	4
1563	23	19	37
b 1564	13	4	25
1565	1	13	12
1566	20	10	44
1567	9	19	34
b 1568	28	17	7
1569	17	1	55
1570	6	10	44

Notandum autem hic, quod hæ radices sunt calculatæ ad meridiæ Basiliensium & Rhenensium, & ob id qui longe ab hoc meridie habitant, necessæ est, ut addant uel demant aliqua minuta ab his radicibus, secundū quod longe uel propè semoti fuerint à predicta linea meridiana: puta Norbergenses adiicient 10. minuta, Thubingenses quinq; Augustenses decē, Ratisponenses 15. & qui ad occidentem habitant, minuent minuta nonnulla: sicut Colonienses quinq; aut sex, Louanienses 10. aut 12. Parisienses circiter 18. aut uiginti. Nam cum Basiliensibus est meridies, habet Sol adhuc cursum 18. minutorum temporis, donec uenerit ad meridianum circumlum Parisiorum. Porro qui uixerit post 1570. annum, & uoluerit radices nouiluniorū propagare in ulteriores annos, is in hunc modum agat. Adiiciat radici præcedentis anni dies 18. horas 21. minuta 32. atque secunda 40. & proueniet radix nouiluniorum sequentis anni, id est, prima aut secunda coniunctio sequentis anni: prima si habuerit pauciores quam 29. dies, 12. horas, & 44. minuta; secunda 3. si habuerit plures dies, horas & minuta quam una integra lunatio, id est, si habuerit ultra 29. dies, 12 horas, 44. minuta & 3. secunda. Exemplum: Annus Christi 1558. currens habet radicem nouilunij, dies 29. horas 20. & minuta 42. quibus si adieceris dies 18. horas 21. minuta 32. & secunda 40. inuenies dies 48. horas 18. minuta 14. atque secunda 40. & hæc non poterit esse prima anni lunatio, cum non in Ianuarium sed in Februariū cadat: abiicienda est propterea una integra lunatio & quod residuum manserit, erit radix nouiluniorum, id est, prima anni illius coniunctio. Abiecta autem una integra lunatione, manebunt dies decem & nouæ, horæ quinque, minuta triginta, & secunda triginta septem, prima scilicet Ianuarij media coiunctio. Quando uero est annus bissexturnus, tunc pro radice sequentis anni habenda, abiiciendi sunt radici anni bissexti, dies 17. horæ 21. minuta 30. atque secunda 40. & si numerus hinc proueniens major fuerit quam una est lunatio, agendum erit ut prius.

## DE LATITUDINIBVS PLANETARVM

Cap. VII.



Ro inueniendis latitudinibvs planetarvm, descripsimus similes figuræ, hoc est, quæ nullas habent rotulas mobiles, quas scilicet affigas in principio anni. Siquidem retinent omnes planetæ (sola Luna excepta) unum & eundem tenorem in suis latitudinibvs, nisi quod motu augium ille tradissime mutantur. Nos in instrumentis nostris statuimus illas fixas ad tempus nostrū, quibus etiam posteri nostri uti possunt usque ad annum Christi 1600. & ultra,

f 5 cum

cum progressus unius gradus in longum uix uno aut altero minuto immutare possit sedem latitudinum.

De latitudine Saturni, Ioue & Martis Cap. VIII.

**H**abent tres superiores planetæ eundem declinandi ab ecliptica ritum, nisi quod Mars ob magnitudinem sui epicycli in inferiori parte epicycli maiorē præ alijs habet latitudinē. Porro dispositio instrumentorum latitudinis eorū est talis. In Saturno & Ioue arcus maiores cum maiusculis cifris ostendunt gradus, arcuunt autem minores protracturē cum minusculis cifris, representant minuta. Vbi nulla est latitudo, ibi noueris esse nodos intersectionum, ubi scilicet superficies eccentrici & superficies eclipticæ sese intersecant. Et ubi uides latitudinem maximā, illuc est meditullium umbilici. Per umbilicum intellige intercapidinem mediū circuli à capite usq; ad caudam draconis. Ponuntur enim æque ut in Luna, in Saturno, Ioue, Marte, Venere & Mercurio cauda & caput draconis. Caput, ubi planeta per eclipticam ab Austro in septentrionem transit. Cauda, ubi à septentrione in Austrum tendit. Quando autem planeta quisq; sit septentrionalis ascendens, aut septentrionalis descendens, meridionalis ascendens aut descendens, tituli ipsi extra limbum scripti indicant. Est & hoc aduertendum, quod instrumenta latitudinum trium superiorum planetarum debent habere fila ex centro instrumenti procedentia, in quibus hærent margaritæ paruae mobiles, indices argumenti planetæ. Nam ad inueniendum latitudinem planetæ, necesse est ut habeas medium motum planetæ æquatū, & argumentum eiusdem æquatum. Et hæc petenda sunt ex prioribus instrumentis, que medium planetæ motum atque argumentum eius per singulos menses & mensum dies explicant, quemadmodum in superioribus satis ostendimus. Cæterum pro latitudine Martis ordinavimus figuram dissimilem figuris latitudinis Saturni & Iouis, absque scilicet epicyclo & arcubus gradus latitudinis representantibus, sed loco epicycli posuimus scalam in loco Caudæ, distinctam in duodecim signa argumenti, iuxta quorum intersectiones ordinanda est margarita in filo hærens. Numerus crassior ex uno linearum latere positus signat gradus, tenuior ex alio latere minuta.

De declinatione Solis Cap. IX.

**S**ol latitudinem non habet, cum ab ecliptica nunquam deuiet, sed declinationē duntaxat habet ab æquatore. Ea nostro æuo ascensit usq; ad 25. gradus & 30. minuta, dum sol ad alterutrum solsticij punctum peruerenerit. Ordinavimusq; per ea peculiarem figurā, in qua per uerum motum Solis illico inuenies quot gradibus centrum Solis ab æquatore distet.

De lati-



Stendimus suprà in Theoricis quam diuersos motus habeat duo epicycli Veneris & Mercurij. Nam præter motum qui fit in longum, habent duos alios motus in latum, uidelicet motū declinationis & motum reflexionis. Nos duos illos motus in paruis nostris instrumentis per ciphras non potuimus commode signare, sed è regione instrumentorum ordinavimus tabulas duplices, utrumq; continent motum, suprà in fronte atq; infrà in calce scriptis signis argumenti, & à sinistra descendentibus & ascendentibus Zodiaci duodecim signis. Ingrediendum enim est in eas dupli motu, medio scilicet planetæ motu æquato & argumento eiusdem æquato, & occurrit in communis eorum angulo gradus declinationis atq; reflexionis. In quam uero partē, septentrionalem aut australem, declinet aut reflectatur epicyclus, ex tabulis illis non habetur, sed titulus ille querendus est in instrumento egregio, netabule posito. Habet autem instrumentum hanc rationem. Post Zodiacum descriptus est circulus, continens latitudinem deviationis deferentis, que in Venere semper est septentrionalis, & ascendit usque ad decem minuta, at in Mercurio semper est meridiana, peruenitq; in umbilicis usq; ad 45. minuta. Post circulum deviationis sequitur circulus declinationis, & hic per medium epicycli diuiditur in duos circulos, in superiore & inferiore: superior habet aliam partem latitudinis quam inferior, id quod tituli utrinque scripti satis indicant. Tertio sequitur circulus reflexionis cum suis titulis, & hic per diametrū sectus in duos hemicycllos, suprà & infrà habet epicyclum, qui alia transuersali sectus diametro, diuersem in eodem hemicyclo ostendit latitudinem, secundum quod argumentum planetæ fuerit maius aut minus sex signis. Nam si argumentum fuerit infra sex signa, habebit planeta in eodem hemicyclo aliam partem reflexionis, quam si fuerit suprà sex signa, &c.

De latitudine Lunæ & situatione instrumenti eius Cap. XI.



Otandum hic quod quidam in Luna quoque imaginantur æquantem, sed qui est circulus concentricus in superficie eclipticæ situs, eccentrico Lunæ æqualis, super cuius centrum mouetur regulariter centrū epicycli. Est enim cuiuslibet æquantis officium, ut super eius centrum regulariter moueatur centrum epicycli. Cæterum eccentricus Lunæ & eius æquans in duobus punctis oppositis sese intersecant, una eccentrici medietate ad polum Borëam, & altera ad Austrum uergente. Et cum deferens epicyclum ita ab ecliptica siue à suo æquante declinet, eclipticam in duas intersecat partes, quarum una caput draconis

draconis, altera cauda draconis appellatur. Caput uocant intersectionem illam, in qua centrum epicycli uersus aquilonem ire incipit, & oppositum intersectionem ubi in austrum tendit, caudam. Mouentur q̄ caput illud & cauda uirtute orbis exterioris ambientis reliquos orbes Lunę, uersus occidentem quotidie tribus minutis, & absoluunt motum illum ferè in 19. annis. Cum centrū epicycli fuerit in capite, usq; dum delata sit luna in umbilicu, ubi maxime declinat ab ecliptica, appellatur Septentrionalis ascens. Ab umbilico uero ad caudæ nodum uocatur Septentrionalis descendens. A cauda ad umbilicum Austrinum meridionalis ascens; & hinc ad capitis nodum meridionalis prona atque descendens dicitur. Circulus epicycli lunę nunquam à plana circuli deferentis superficie egreditur; unde fit, ut Luna ob deflexionem sui circuli deferentis una ex parte in Boream, & altera in notum, unam duntaxat unoq; modo ab ecliptica seruet latitudinem. Porrò situatio instrumenti latitudinis Lunæ est talis. Ingredere sequentem tabulam motuum draconis cum anno Christi currente & aduerte signa, gradus atque minuta erigione anni Christi posita, & ad sedem eorum in instrumento latitudinis fige denticulum in quo scriptum est, caput, & stabit in hoc situ per totum annum, nec oportet in anno bissexto post Februariū rotulam mobilem mutare à suo situ, cum cum mutatio illa solum sit propter tria minuta, quæ in tam paruo instrumento aduerti nequeunt.

## Tabula

Anni Christi Caput Draconis  
currentes.

	b	S.	G.	m
	1536	3	8	50
	1537	2	19	31
	1538	2	9	11
	1539	1	10	18
b	1540	0	21	48
	1541	0	2	28
	1542	11	12	46
	1543	10	23	26
b	1544	10	4	6
	1545	9	14	48
	1546	8	25	26
	1547	8	6	4
b	1548	7	16	44
	1549	6	37	24
	1550	6	8	4
b	1551	5	18	42
	1552	4	29	22
	1553	4	10	2
	1554	3	20	40
b	1555	3	1	20
	1556	2	12	0
	1557	2	22	40
	1558	1	3	18
b	1559	0	13	58
	1560	11	24	38
	1561	11	5	18
	1562	10	15	58
	1563	9	26	36
b	1564	9	7	16
	1565	8	17	56
	1566	7	28	35
b	1567	7	9	14
	1568	6	19	54
	1569	6	0	34
	1570	5	11	22

Poteris autem hanc tabulam ad ulteriores extendere annos, si subtraxeris à radice præcedentis anni gradus 19. & minuta 20. atq; mox post annum bissexturn, gradus 19. & minuta 22. Experimentū tu ipse facere poteris in numeris tabulæ.

g QVOMODO

**A**ffixis rotulis mobilibus in principio anni secundum debitum suum, trahe filum in figura medi motus ad mensem propositum, & aduerte in Zodiaco gradum & locum medi motus, atq; in circulo æquationis centri aduerte gradus æquationis, quos secundum exigentiam tituli adde uel minue à medio motu, & habebis medium motum æquatum. Adde etiam uel minue eisdem gradus, secundum quod te monuerit figura titulus, à medio argumento, per filum, ad diem & mensem propositum extensum, in sua figura inuentum, & habebis argumentum æquatum, ad cuius sedem accipies æquationem argumenti, in extremo scilicet circulo si medium motū inuenisti prope augem æquantis, aut in interiori circulo si illum iuxta oppositum augis inuenisti, aut in medio circulo si inuenisti medium motum in longitudine media, & illam æquationem secundum quod titulus postulauerit adjicies uel minues à medio motu, & procreabis uerus planetæ motus. Exemplum in Saturno. Prima die Nouembris in anno Christi currente 1536. uolo scire uerū motum eius, & inuenio medium motum non æquatum ea die esse circa medium 25. gradus Leonis: inuenio etiam æquationē centri sub filo ad memoratum diem extenso esse sex graduum & ferè quindecim minutorum, cum titulo. Adde medio motui & minue ab argumento: inuenio quoque medium planetæ motum uersari circa longitudinem medianam, hoc est, inter augem & oppositum eius: que omnia diligenter aduerto. Addam itaque sicut titulus monet medio inuento motui gradus sex atque minuta 15. & inueniam medium planetæ motum æquatum in primo gradu Virginis, eoq; completo. Rursum extendam in epicyclo Saturni filum ad diem propositum, & uideo argumentum esse 2. signa & 25. gradus, à quibus subtractam memoratam centri æquationem, nempè sex gradus, & quindecim minuta, & relinquetur argumentum Saturni æquatum, signa 2. & gradus ferè 19. Traham igitur filum ad illum gradum, & inuenio æquationē argumenti in medio circulo (est enim medius Saturni motus prope longitudinem medianam) esse sex graduum, cum titulo, adde medio motui. Additis autem sex gradibus primo gradu virginis, inueniam uerum locum Saturni esse in septimo gradu illius signi.

Exemplum aliud in Marte. Anno Christi 1536. currente prima die Nouembris inuenio medium motum non æquatum in 24. gradu sagittarij & in 30. minuto eiusdem, æquationem autem ostendit filum 9. graduum & 30. minutorum, cum titulo, minue à medio motu, & adde argumento. Subtractis itaq; 9. gradib. atq; dimidio à 24. & dimidio, manent residui 15. gradus

gradus sagittarij, qui est medius motus æquatus. Quo inuenito, pergo ad epicyclum Martis, & inuenio in principio Nouembris argumentum medium esse, 10. signa, & 25. gradus, quibus si addidero æquationem centri, nempè gradus 9. & minuta 30. erit argumentum æquatum, signa undecim, & gradus ferè quatuor. Et quoniam medius motus est prope longitudinem eccentrici medianam, accipio æquationem argumenti in medio circulo, inuenio q; illam esse decem graduum cum titulo, minue. Minuam itaque decem gradus à quindecim gradibus, & remanebunt quinque gradus sagittarij, uerus motus Martis.

Quomodo querendus sit uerus motus Solis atque Veneris. Canon II.



Irmata à principio anni rotula mobili iuxta radicem anni, hoc est, concordato principio Ianuarij & gradu atq; minuto radicis, trahe filum ad propositum diem, & ostendet tibi æquationem graduum & minutorum, addendam uel minuendam, secundum quod rei necessitas postulauerit, à medio motu, quem idem filum ostendit, & resultabit uerus motus Solis. Verus proinde motus Solis, est æquatus medius motus Veneris, siue æquatus motus centri epicycli Veneris. Verum autem motum Veneris hoc pacto inuestigabis. Trahe in epicyclo filum ad diem propositum, & ostendet tibi argumentum Veneris mediū, cui adjice uel detrahe æquationē centri, quam medio motui adieci sti uel detraxisti, hoc est, si adieci sti æquationē medio motui, subtrahe eam ab argumento medio, aut si illam minuisti à medio motu, superadde eam medio argumento, & prodibit argumentum Veneris æquatum: quod quæsitus in epicyclo, ostendet quot gradus ratione epicycli sunt addendi uel minuendi à medio motu ut habeatur uerus.

Exemplum de Sole. Anno Christi currente 1536. prima die Nouembris ostendit mihi filum, medium Solis motum esse in 20. gradu atque ferè 30. minuto Scopij. Ostendit etiam æquationem minuendam à medio motu, esse gradum unum, & ferè dimidium. Sublato autem uno gradu & dimidio à medio Solis motu, prodibit uerus eius motus, uidelicet gradus 19. in Scorpio.

Exemplum de Venere. Extenso filo ad diem propositum, deprehendes medium motū esse in uigesimo gradu, & ferè in 30. minuto Scopij, sicut in Sole: æquationem autem centri inuenies esse gradum unum, & minuta 30. quibus à medio motu iuxta tituli exigentiam ablatis relinquitur æquatus medius motus Veneris atque uerus locus centri epicycli, nempè 19. gradus in Scorpione. Pergo consequenter ad epicyclum, & trahit filo ad diem propositum, inuenio argumentum medium habere signum nullum, gradus undecim atq; dimidium, quibus adjicio memoratam æquationem centri (sic enim titulus in medio motu

propter Venerē habere debuerat, nempē, minue à medio motu, & adde argumento) æquatio autem centri est gradus unus atque minuta 30. quibus additis medio argumento, consurget uerum argumentum, uidelicet gradus tredecim, ad quorum sedem inuenio equationem argumenti, gradus quinq; & minuta circiter 45. aut 50. cum titulo, adde medio motu. Additis autem quinq; gradibus & 50. minutis medio æquato motui, inuenio uerum locum planetæ esse in 24. gradu, & 50. minuto Scorpij.

Quo pacto inuestigandus sit uerus motus Mercurij. Canon III.

**T**rahe filum in instrumento medijs motus ad diem propositū, & offertur tibi medius motus atque æquatio centri, addenda uel minuenda à medio motu, ut habeatur uerus epicycli motus. Aut si certius agere uolueris, accipe medium motum ex instrumento Solis, & adde ei uel subtrahe ab eo, secundum quod te titulus monuerit, æquationem centri ad diem propositum in hoc instrumento inuentam, & prodibit medius motus Mercurij æquatus, qui est uerus motus centri epicycli. Deinde perge ad epicyclum, & inuestiga iuxta diem propositum argumentum medium, cui adjice uel subtrahe ab eo, ut te titulus docuerit, æquationem centri, & conflabitur argumentū æquatum, ad cuius sedem accipe æquationem argumenti, & subtrahe eam uel adde eam, secundum tituli exigentiam, medio & æquato motui, & proueniet uerus Mercurij motus. Exemplum. Anno Christi 1556. currēte, prima die Nouembbris, inuenio medium motum non æquatum esse in 20. gradu atque 30. minuto Scorpij: æquationem autem centri, minuendam à medio motu & addendam argumento, inuenio esse 55 minuta. Subtractis itaque 55. minutis à medio motu, relinquetur medius motus æquatus, nempē 19. gradus atque 37. minuta in Scorpio. Vado proinde ad epicyclum, & tracto filo ad diem propositum, inuenio argumentum medium esse signum unum & gradum nullum, cui si adiecerō æquationem centri, colligam argumentum uerum, signum unum & gradum ferè unum, ad cuius sedē inuenio in circulo extremo (est enim Mercurius prope augem) gradus 8. cū titulo, adde. Additis itaq; 8. gradibus medio motui, colligo uerum Mercurij motum esse in 27. gradu, & ferè 40. minuto Scorpij.

Medius & uerus motus Lunæ quomodo inuestigandus. Can. IIIII.

**R**o æquatione Lunæ ordinavimus tres figuræ, prima ministrat medium tantum motum: secunda æquat argumentum medium Lunæ, & tertia suppeditat æquationē argumenti. Medium motum seu centrum epicycli sic inuenies. Trahe in figura medijs motus filum ad diem propositum, & ostendet tibi in Zodiaco gradum quem tenet centrum epicycli pro hora tuæ considerationis. Habet autem in hac figura nomina mensium in limbo exteriori, initia autem mensium

mensium indicant albe crucellæ in linea spirali factæ. Dies mensium ostendunt puncta maiora, & senariū horarum puncta minora. Diem auspicatur à meridie præcedētis seu hesterne diei & terminamus in hodiernum meridiem. Inuenio medio motu, æquationem centri hoc pacto inuenies. Trahe in instrumento centri Lunæ filum ad diem propositum, eo modo sicut in instrumento medijs motus fecisti, & ostendet tibi sub limbo signorū gradus, iuxta tituli exigentiam addendos uel tollendos à medio argumento, quos ad partem seruabis unā cum signo limbi in quod filum cadit: Ostendit etiam idem filum an Luna sit prope coniunctionem, uel oppositionem aut circa aliquam quadraturam, uel inter quadraturam & coniunctionem aut oppositionem. Cum est circa coniunctionem aut oppositionem, est prope augem eccentrici, & quando est circa unam ex quadraturis, est prope oppositum augis, quando uero est inter quartam & coniunctionem, uel inter quartam & oppositionem, est prope longitudinem medianam sui eccentrici, id quod signo sextilis aspectus in isto instrumento notauimus. Tertio pergendum est tibi ad epicyclum Lunæ, in cuius fastigio uides descriptum paruum circulum, complectentem 24. signa sicut limbis figure æquationis centri, cuius officiū est istud. Quære in eo signū æquationis centri, quod iam te ad partem seruare iussi, & extenso filo per ipsum, moue margaritam filo innexam ad eius sedem, hoc est, ad exterioris circuli circumferentiam, & trahe deinde filum ad mensem & diē propositum, & ostendet tibi in limbo argumentum medium, cui adjicito gradus æquationis centri quos seorsum seruasti, si habent titulum, adde, aut minue eos ab eo, si habent titulum, minue, & prodibit argumentum Lunæ uerum & æquatum, ad cuius terminum si in limbo signorum extenderis filum, ostendet margarita gradus æquationis argumenti, addendos uel minuendos à medio motu Lunæ. Additis itaq; gradibus illis si fuerint addendi, aut subtractis eis si fuerint subtrahendi, à medio motu, resultabit uerus Lunæ motus. Exemplum. Anno Christi currente 1556. prima die Nouembbris in meridie inuenio medium motum Lunæ signa 2. gradus 25. & minuta 15. hoc est, deprehēdo eū esse in 25. gradu, & 15. minuto Gemin. Pergo deinde ad instrumentū æquationis centri, & inuenio æquationem illam esse gradus ferè 10. cū titulo, adde, & signa limbi sub eodē filo sunt 14 video etiam ibidem oppositionem Lunæ iam paulò antè transactam. Tertio conseruo me ad epicyclum Lunæ, & extenso filo ad diem propositum, inuenio medium argumentum, signa decem, & gradus sex, quibus si addiderō æquationem centri, nempē gradus 10. colligo argumentū æquatum, signa 10. gradus 16. Numero quoq; signa æquationis centri, nempē signa 14. in paruo circulo, & ad eius exitū dirigo margaritam filo immisam, uero loq; filo ad terminum argumenti equati, ostendet margarita æqua-

tionem

tionem argumenti, gradus 5. & minuta circiter 40. cum titulo, adde medio motui. Additis itaque tribus gradibus & 40. minutis medio motui, colligo tandem uerum locum Lunę esse in 28. gradu, & 55. minuto Geminorum. Hic notabis, sicut & suprà monuimus, quando quæris mediū motum & argumentū Lunę pro prima die Nouembris uel alterius mensis, numerabis unum diem in linea spirali post crucem, initium mensis representantem, siquidem crux ipsa indicat initiū mensis, quod in Nouembris fit in meridie ultime diei Octobris. Idem sentiendum de initijs aliorū mensium. Deinde notabis & hoc, quando in figura æquationis centri colligis plura quam duodecim signa, quemadmodum in priori exemplo inuenimus 14. & ea uolueris numerare in paruo circulo, quem epicyclo Lunę inscripsimus, qui tantū 12. continet signa, accipies 1. pro 13. & 2. pro 14. & 3. pro 15. & sic consequenter usque ad finem 24. signorum. Sic enim fiet, ut tam in auge quam opposito augis atq; in utraq; media longitudine tibi competens offeratur Lunę æquatio. Ut autem expeditior fias in hoc calculo, proponam adhuc unū exemplum. Anno Christi 1536. currente, undecima die Nouembris, que diuino Martino sacra habetur, in meridie uolo querere uerum locum Lunę, tractoq; filo in instrumento medij motus ad finem undecimi diei Nouembris, inuenio medium motum ferè in septimo cōpleto gradu Scorpij. Deinde extenso similiter in instrumento æquationis centri filo ad finem memorati diei, inuenio equationē centri sex gradus, & dimidium cum titulo, minue. Signa uero æquationis centri inuenio 22. & gradus 16. & hęc ad partem reseruo. Tertio in epicyclo quoque extendo filum ad diem propositum, & inuenio medium argumentum, signa 2. atque gradus 17. à quibus si substraxero æquationem centri, gradus sex atq; dimidium, prodibit argumentum æquatum, signa duo, gradus decem, & minuta triginta. Consequenter quero signa æquationis centri in paruo circulo, & secundum memoratam cautelam desinent in medio undecimi signi, quò & margaritā fili promoueo. Hoc facto, traho filum ad finē argumenti æquati, & ostendet margarita in filo æquationem argumenti, nempe gradus 4. & minuta circiter 45. cum titulo, Minue. Subtractis autem quatuor gradibus, & 45. minutis à medio motu, relinquē uerus motus, nempe gradus 2. & minuta 15. in Scorpio.

Quomodo inuestigandę sint per annum medię & uerę coniunctiones, oppositiones atque quadratura luminarium. Canon v.

**I**nseruiunt huic negocio due figure: prima ministrat medię as coniunctiones, oppositiones & quadraturas, & altera exhibethoras, quę ratione epicycli Lunę & Solis sunt, uel adiūciendae, uel minuendę à medijs coniunctionibus earundem & oppo-

& oppositionibus. Mediā alicuius mensis coniunctionem sic inuenies. Trahe filum ad meditullium signi coniunctionis, & ostendit tibi in linea spirali diem mensis & horam in quam cadet media coniunctio. Idem iudicium est de oppositione & utraq; quadratura luminarium. Proinde ueram coniunctionem aut oppositionem sic inuenies. Quære ex superioribus pro tempore medię inuentę coniunctionis aut oppositionis locum Solis uerum, & item argumentum Lunę uerum, & ingredere cum illis figuram æquationum coniunctionum, &c. in qua sub limbo 12. signorum epicycli duo sunt circuli: exterior & interior: exterior habet equations horarum quando luna est in opposito augis, hoc est, in quadratura cum Sole, & interior complectitur horas æquationis pro tempore quando Luna est in auge sui eccentrici, quod fit in omni coniunctione & oppositione. Post Zodiacum uero sequitur circulus æquationis Solis, cum inscriptus est epicyclus Lunę, pro quo opus est margarita filo adherente. Quere itaque argumentum Lunę in limbo extremo, & ad finem eius extende filū, & ostendit tibi in æquatore coniunctionis & oppositionis, horas addendas uel minuendas à media coniunctione uel oppositione. Pro quadraturis uero accipies æquationem horarum in æquatore quadraturarum. Deinde trahe filum ad epicyclum in æquatore Solis descriptum, & moue margaritam ad finem argumenti Lunę, & deinde trahe illud ad locum Solis uerū, & ostendet nodulus seu margarita horas ratione diuersitatis Solis addendas uel minuendas à coniunctione uel oppositione media.

Exemplum. Anno Christi currente 1536. uolo querere coniunctionē ueram Februarij. Et primo quidem tracto filo ad imaginem cōiunctionis medię, deprehendo mediā coniunctionem cadere in 21. diem Februarij & in tertiam horā post meridiem. Annoto igitur seorsum, dies 21. & horas 5. Deinde elicio ex instrumento Solis, uerum motum Solis uicesimaprīma die Februarij esse in 12. completo gradu pīscium: argumentum autem Lunę uerum ex instrumento motuum Lunę inuenio habere signa 7. & gradus 18. Cum argumento Lunę intro figuram equationum, & inuenio in loco ubi in epicyclo seu limbo exteriori terminatur argumentum, in æquatore coniunctionum & oppositionum, horas 7. & minuta circiter quinque, cum titulo, minue. Minuo igitur horas septem, & minuta quinque à media coniunctione suprà inuenta, & relinquēntur dies uiginti, & horę ferè uiginti. Rursus quero argumentū Lunę in paruo epicyclo, quę æquator solis inclusum tenet, & transfero ad terminum eius margaritam filo innexam, traho'que filum cum margarita ad locum Solis, & ostendit margarita in æquatore Solis horas tres, atq; minuta circiter quadraginta eum titulo, adde: Additis autem horis tribus & minutis 40. medię coniunctioni semel æquate, prodibit cōiunctio ultimo equata, nempe dies 20. horę

horæ 23 & minuta circiter 40. hoc est, coniunctio illa luminarium continget paulò ante meridiem 21. diei Ianuarij, uiginti scilicet minutis illum precedens. Concurrunt ultra citraq; pauca quædam minuta, sed quæ in tam paruo instrumento aduerti nequeunt. Porrò quod in æquatore Solis uides utrinque inæquales esse horarum distributiones, id noueris accidisse propter æquationem dierum, quam tabellam in eirculum æquationis Solis contorsimus, uno labore duplum absoluente. Scias & titulos exter nos referri ad æquationes Solis & argumenti Lunæ.

Aliud exemplum. Volo querere primam quartam, quæ mox sequitur coniunctionem Februarij, & primo quidem deprehendo mediā quartam contingere die uicesima octaua, hora duodecima post meridiem atque minuto circiter decimosexto. Ut autem habeam ueram quartam, opus est mihi dupliæ æquatione, una ratione epicycli Lunæ, & altera ratio ne Solis. Quærar igitur argumentū Lunæ pro tempore mediæ quartæ, & inuenio signa 10 atq; gradus 25. cum quibus ingredior figurā æquationū, coniunctionū, & à termino eorū inuenio in circulo quartarū Lunæ horas ferè 8. cum titulo, minuē media quarta. Quærar & uerum locum Solis, inuenioq; illum in 19. gradu & 30. minuto Piscium, & pergens ad æquatorem Solis, transfero margaritam in filo ad argumentum Lunæ, ueroq; filo ad gradum Solis, inuenio in dito margaritæ gradus 4. & minuta circiter 50 cum titulo. Adde mediæ quartæ. Subtractis itaq; octo horis à media quarta, & item additis 4. horis atq; 50. minutis eidem mediæ quartæ, inuenio medium quartam fieri die 28. Februarij, hora 9. atque minuto 6. post meridiem. Quod si ætatem Lunæ quacunq; die per annum scire uero, traho filum in instrumento mediariū lunationum ad diem propostum, & ostendet in limbo quot sint transacti dies à proxima media coniunctione. Exemplis hic non opus arbitror, cum res sit clara & aperta.

L A T I T U D I N E S P L A N E T A R V M Q V O  
modo ex proprijs querantur instrumentis.

**P**roposuimus hactenus exempla, lector studiose, quorum ductu facile usum assequi poteris inueniendorum mediorum & uerorum motuum planetarum qui est in longū: nunc exemplis demonstrabimus, quo pacto facilime inuenias cuiusque planetæ latitudinem, num ea sit meridionalis aut aquilonaris, ascendens uel descendens in illo aut isto umbilico, quantumq; exorbitent à regia ecliptice via. Coniungemus autem Practicam Theorię, ut nedum latitudinē ipsam nude, sicut in ephimeridibus, sed & causam digressionis quodammodo conspicere ualeas, sicut & in motibus secundum longum fecimus.

Latitudo

Latitudo Saturni quomodo inuenienda. Canon VI.



Pus est tibi hic dupliæ motu, sicut & suprà in descriptione latitudinum trium superiorum planetarum ostendimus, nempe uero motu centri epicycli, qui est medius & equatus motus, & argumento æquato. Quibus ex instrumentis longitudinis inuentis, perge ad figuram latitudinis Saturni, & numera in primis argumentum in epicyclo, atque ad exitum eius promoue granulum filo adhærens, deinde transfer idem filum in Zodiaco ad locum mediū motus planetæ, & ostendet margarita filo adhærens gradus & minutā latitudinis.

Exemplum. Anno Christi currente 1536. prima die Nouembris inuenio medium motum Saturni æquatum in primo gradu Virginis: argumentum uero æquatum deprehendo habere signa 2. & gradus ferè 19. Numero itaque argumentum in epicyclo, & ad terminum eius traham filum atque nodulum filo adhærentem, & deinde transfero filum ad prium gradum uirginis, & ostendet margarita planetam habere latitudinem unius gradus, & minutorum circiter 25. Titulus autem in margine indicat Saturnum in ea latitudine esse septentrionalem ascendentem, hoc est, à capite draconis ascendere uersus umbilici meditullium. Iam suprà docuimus numeros maiores, gradus, minores uero minuta significare.

Iouis latitudo quo pacto deprehendenda. Canon VII.



D inueniendum Iouis latitudinem, non alio quām in Saturno opus est ingenio. Nam inueniens ex instrumentis longitudinis uero centro epicycli atque uero argumento, numero argumentum in epicyclo atque ad finem eius extendo filum & promoueo nodulum, ac deinde extendeo idem filum ad sedem mediū motus æquati, & ostendet nodulus gradus & minuta latitudinis cum parte septentrionali aut meridionali.

Exemplum. Anno Christi currente 1536. prima die Nouembris colli go medium motum & æquatum Iouis esse 15. gradus & circiter 30. minuta in Ariete. Argumentum autem inuenio habere signa septem, gradus quinque. Recensito proinde argumento in epicyclo, promotoq; fili nодulo ad exitū eius, extendeo filum ad 15. gradum Arietis, & indicabit margarita Iouem esse ascendentem meridionalem, deflectereq; in Austrum ferè duobus gradibus.

Martis latitudo quomodo ex instrumento invaganda. Canon VIII.



Vere primum ex instrumento mediū motus uerū motum centri epicycli, & ex epicyclo argumentum uerum, & deinde in instrumento latitudinis inuestiga argumentum in scala scilicet, quæ in fastigio circulorum loco epicycli posita est, & ad fi

h nem

nem eius dirige granulum filo adhærens, & filum translatum in Zodiaco ad locum exitus medijs & æquati motus, ostender sub situ granuli latitudinem planetæ. Exemplum. Anno Christi 1536. currente, prima die Nouembris inuenio medium æquatum motum in decimoquinto completo gradu Sagittarij: argumentum autem æquatum deprehendo habere signa undecim, & gradus quatuor. Quibus inuentis, transfero me ad figuram latitudinis Martis, & primo quæro in scala, supplente epicyclum, argumentum, & ad sedem eius promoueo margaritam filo immisam, translatoque filo cum margarita ad gradum in quem desinit medius æquatus motus, id est, ad quindecimū gradum Sagittarij, inuenio Martem ascendere in meridiem, habereque tria duntaxat minuta latitudinis.

Declinatio Solis quomodo querenda. Can. IX.

**H**ic præter uerum Solis motum aliud nihil iubemus afferre ad figuram declinationis Solis. Nam is solus indicat, quot gradibus Sol quotidie ab æquatoris deviet circulo.

Exemplum. Anno Christi 1536. currente, prima die Novembris in meridiem, inuenio uerum motum Solis in 19. gradu Scorpii, & iuxta hunc gradum inuenio in figura declinationis Solis, gradus 17. atque minuta circiter 40. cum titulo, declinatio meridionalis, & hec est declinatio Solis illa die in meridiem.

Latitudo Veneris quomodo exploranda. Canon X.

**V**abet Venus triplicem latitudinem, ut supra diffuse tractauimus, unam que contingit ob deviationem eccentrici ab ecliptica: alteram que nascitur ex inclinatione epicycli, & tertiam que fit ratione reflexionis epicycli. Ut autem hec tres latitudines commode inueniantur, & in una redigantur latitudinem, opus est medio motu æquato, & argumento æquato. Cum medio motu ingredere figuram latitudinis Veneris, & ubi terminatur, intuenies sub Zodiaco minuta latitudinis deviationis, que est semper septentrionalis, & haec scribenda est seorsum & seruanda. Deinde ingredere tabulam declinationis Veneris cum medio & æquato motu atque cum argumento æquato, querendo argumentum in capite & pede tabule, & medium motum in signis que ad sinistram descendunt, & in communis eorum concursu offerentur gradus uel minuta declinationis, que seorsum quoque sunt seruanda. Porro titulum seu partem huius latitudinis quæres in figura latitudinis hoc pacto. Numerum argumentum in epicyclo, & ad exitum eius moue nodulum filo innexum, quod facto, traduc filum in Zodiaco per gradum medijs motus, & ostendet tibi nodulus an declinatio memorata sit ad Austrum uel ad Aquilonem. Scribes igitur inuentum titulum ad gradus uel ad minuta in tabula declinationis repe-

nis reperta, & reseruabis ad partem. Tertio intra tabulam reflexionis cum argumento & medio motu, quærendo argumentum in capite & pede tabule, & medium motum in signis que ad leuam descendunt, & occurrent in communis angulo gradus uel minuta reflexionis, que extra & ad partem signabis. Titulum uero eorum colliges ex figura latitudinis in hunc modum. Quære locum medijs motus in Zodiaco, & tracto ad eum filo, uide an is centri epicycli locus sit in superiori aut inferiori hemicyclo. Si est in superiori, quære argumentum in epicyclo superiori, & in qua medietate epicycli argumenti sedes fuerit, ibi offert titulus, meridionalis uel septentrionalis, ad tuam reflexionem scribendus. Collectis autem his tribus latitudinibus cum suis titulis, addes eas simul si habuerint unam denominationem, puta septentrionalē, & habebis ueram planetæ latitudinem. Quod si diuersarum fuerint partiū, auferes minorem à maiori, & quod residuum fuerit indicabit cum suo titulo ueram planetæ latitudinem.

Exemplum. Anno Christi 1536. currente, prima die Nouembris inuenio ex superioribus medium & æquatum motum Veneris in 19. gradu Scorpii, argumentū autem æquatum inuenio habere signa o. & gradus tredecim. Primum itaque quæro in instrumento latitudinis deviationem, & inuenio eterne 19. gradus Scorpii minuta ferè octo latitudinis septentrionalis, que ad partem seruo. Secundo ingredior tabulam declinationis Veneris cum medio motu & argumento, & inuenio in communis concursu eorum minuta latitudinis triginta & octo. Titulum uero quæro in instrumento, argumentum uidelicet in epicyclo numerando, & ad terminalium eius mouendo margaritam fili, & deinde filum transferendo ad 19. gradum Scorpii, ubi margarita indicabit planetam esse in declinatione septentrionali. Scribo igitur ad memorata triginta & octo minuta, Septentrionalis latitudinis. Tertio quæro medium motum & argumentum in tabula reflexionis Veneris, & inuenio in communis angulo eorum minuta circiter 14. quorum titulum inuestigabo in figura latitudinis hoc pacto. Primo quæro medium motum, inuenioque illum in hemicyclo inferiori, deinde in eodem hemicyclo ingredior cum argumento in epicyclū, & offertur mihi in ea medietate epicycli titulus, meridionalis. His itaque tribus latitudinibus inuentis, inuenio illas disparis esse latitudinis. Nam

duæ prime sunt septentrionales & tertia meridionalis. Auferam igitur minorem à maiori, meridionalē scilicet (que minor est) à duabus aquilonaribus, & relinquetur una denominatio, unaque latitudo, nempe septentrionalis, minutorum 52.

Latitudo Mercurij quomodo quærenda. Canon X.

**M**ercurij latitudo haud aliter quam Veneris est inquirenda. Nam inuenio medio & equato motu atque argumento uerificato, ingredior cum medio motu figuram latitudinis Mercurij, & offeretur sub Zodiaco minuta deviationis, que in Mercurio semper est meridionalis. Deinde ingredior cum medio motu & argumen- to in tabulam declamationis, & elicio alteram latitudinem. Partem uero latitudinis cum eisdem motibus quæro in figura latitudinis Mercurij. Tertio cum dupli- illo motu ingredior tabulam reflexionis Mercurij, & latitudinem inuentam extræ signabo. Titulum uero eius quæro ut prius in figura latitudinis.

Exemplum. Anno Christi currenti 1536. prima die Nouembris inuenio medium & equatum motu Mercurij ferè in uigesimo gradu Scorpii; argumentum autem æquatum deprehendo esse signi unius, & gradus unius. Medium motum quæro in Zodiaco instrumenti, & inuenio sub exitu eius minuta 45. quæ ad partem seruo cum titulo, meridionalis. Rursum ingredior tabulam declinationis Mercurij cum medio motu & argumen- to, & inuenio in communi angulo minuta triginta, & ex figura latitu- dinis per eosdem motus colligo minuta illa etiam esse partis meridionalis. Reseruo igitur & illa minuta cum suo titulo ad partem. Tertio ingredior cum medio motu & argumen- to tabulam reflexionis, & inuenio in com- muni eorum concursu, minuta 46. Quorum titulum duo illi motus ostendunt in instrumento latitudinem, esse quoque partis meridionalis. Inuenio enim medium motum in hemicyclo superiori, & argumentum in illius epicyclo ostendit in sua medietate titulum meridionalem. Inuentis itaq; his tribus latitudinibus, redigo eas simul & in unam denominationem cum unius sint partis, & colligo gradum unum atque minuta 59.

Latitudo Lunæ quomodo inuen-  
enda. Canon XI.

**V**ære primo ex instrumento motus Lunæ uerum locum Lu- næ, & hunc consequenter recense in Zodiaco latitudinis Lu- næ, & filum ad eius finem extensem ostendet pro singulis men- sibus latitudinem Lunæ. Et nota quod singulorum mensium nomina duobus includuntur circulis: superior indicat principium mensis & inferior finem eius. Tracto itaque filo ad gradum Lunæ non accipies illam latitudinem quam filū ostendit in limbo latitudinū, nisi in principio Ianuarij, sed aduertes locū ubi filum transierit circulum mensis tui, in quo quæris latitudinem Lunæ, & ab eo ascendas rectè inter lineas unum latitu- dinis

dinis includentes gradum usq; ad limbum graduum latitudinis, & inueni- es quot gradibus & minutis Luna declinauerit ab ecliptica. Infrà uero sub circulis mensium habes titulum latitudinis.

Exemplum. Anno Christi currente 1536. prima die Nouembris in meridie inuenio uerum motum Lunæ in 28. gradu atque in 50. circiter minuto Geminorum, ad quem locum si extendero filum in figura latitu- dinis Lunæ, ostendit in circulo mensis Nouembris Lunam esse Septentrio- nalem ascendentem, declinareq; ab ecliptica ferè triginta minutis. Quod si idem inuestigare uoluero undecima die eiusdem mensis, quæ diuino Mar- tino consecrata est, in meridie, inuenio in primis tierum locum Lunæ ea hora in secundo gradu atque tertia parte unius gradus in Scorpio, cum quo motu ingredior figuram latitudinis Lunæ, & filum ad eius finem ex- tensum ostendet in circulo mensis Nouembris Lunam esse Septentriona- lem descendente, & deuiare ab ecliptica gradibus tribus, atque minutis circiter uigintiocto.

Eclipses lunares quomodo per propria instrumenta sine  
inuestigande. Canon XII.



Rdinauimus p eclipsibus lunaribus propriū instrumentū, ex quo colligere licet cuiuslibet eclipsis puncta, minuta casus atq; minuta dimidię morę. Quid aut̄ intelligat per puncta ecli- ptica, p minuta morę & casus, suprà in fine prīmi libri ostendi- mus. Hic iā docebimus, quomodo procedas ad inuestigandā eclipsim luna- rem. Vbi in prīmis sciendū, eclipsim lunare solum contingere in oppositio- neluminarium uera, idq; tum quando luna in ipsa oppositione est circa ca- put aut caudam draconis. Videndum est igitur in ipsa oppositione, quem locum Luna teneat in Zodiaco, an sit circa caput aut caudam draconis, ha- beatū latitudinem maiorem aut minorem uno gradu. Si in ipsa oppo- sitione habeat latitudinem maiorem uno gradu, non fiet eclipsis, sin mino- rem habeat, futura est eclipsis. Potest quidem Luna in latitudine sexagi- naduorū, & sexagintatriū minutorum eclipsari ad unū aut dimidium pun- ctum, sed solum in opposito augis epicycli. Ages itaque in hunc modum, cum eclipsim lunarem inuestigare uolueris. Primum uide in instrumento oppositionum, quo die & hora futura sit media oppositio. Deinde uide in instrumento mediū motus Lunæ, quem locum illa teneat in Zodiaco tempore mediū oppositionis, & hunc eundem gradum quære in in- strumento latitudinis Lunæ, & aduerte si inuenias prope alterutri nodorū, hoc est, prope caput aut caudam draconis, aut longe à nodis illis. Si prope

h 5 caput

caput aut caudam inuenieris, procedes ad ulteriorem inquisitionem eo modo quo iam dicam. Si longe distiterit à capite uel cauda, dimittes totum negocium, ne frustra labores. Nam si gradus Lunæ fuerit ultra aucta caput uel caudam tredecim gradibus, maiorem habebit latitudinem, quā ut tenebras attingere possit pyramidalis umbræ. Cum uero infra tredecim gradus Luna distiterit ab alterutro nodorum, procedes ad calculationem eclipsis hoc pacto. Primum quære tempus ueræ & equæ oppositionis, deinde ad idem tempus quære uerum locum Lunæ, & uerum argumentum Lunæ. Cum loco Lunæ uero ingredere instrumentum latitudinis Lunæ, & addisce latitudinem Lunæ: aduerte etiam an Luna sit in latitudine meridiana aut septentrionali, & utrum latitudo fuerit maior aut minor sexaginta minutis siue uno gradu. Si minor fuerit, quæres latitudinem illam in figura eclipsium lunarium, in scala ubi scriptum est, Scala latitudinis, extensoq; filo & adaptata margarita ad sedem latitudinis Lunæ, quæres argumentum Lunæ, medium uel uerum (non refert) in limbo illius instrumenti, & ubi desierit illic traduces filum cum margarita, adhibebisq; ad puncta quæ ex umbra descendunt, & ostendet tibi margarita, quot punctis Luna eclipsetur, uidebis quoque ibidem ad latus dextrum minuta casus, & ad sinistram minuta dimidiæ moræ: quæ si duplaueris conserget tempus totius moræ, quo corpus Lunæ in tenebris uersabitur. Quod si margarita infra duodecimum ceciderit punctum, facile apparebit totum corpus Lunæ tenebris non immegendum. Sed ut id clarius oculis conspicias, innectere poteris filo duplēcē margaritam, quæ totum corpus Lunæ representent, uterisque eis in hunc modum. Translato filo ad scalam latitudinis & adaptata una margarita ad finem latitudinis, trahes filum ut prius ad figuram umbræ in quam definit argumentum Lunæ, & aduertes in ea figura quantitatem semidiametri corporis lunaris, quod descriptum uides in ipsa umbra, & deinde adaptabis filum cum margarita scalæ punctorum, quam uides inter tertium & nonum signum argumenti descriptam, & mouebis aliam margaritam sursum uel deorsum à margarita tenente latitudinem Lunæ, tot minutis quot semidiametrum Lunæ continere in tua umbra didicisti. Deinde mouebis quoque margaritam quæ hactenus latitudinem tenuit Lunæ à sua sede in diuersam ab alia partem, tot scilicet minutis, quot continent semidiameter Lunæ, & habebis inter has duas in margaritas inclusum totum corpus Lunæ secundum extremitates suas. Vnde si filum cum margaritis sic ordinatum iterum extenderis ad figuram umbræ, ubi prius puncta ecliptica & minuta casus inuenisti, & per ipsam umbræ à dextra ad sinistrâ filū ipsum moueris, ostendent margarite quomodo & quantū corpus Lunæ ingrediatur umbræ. Quod si utraq; margarita

margarita extra umbrā manserint, Luna pro nulla sui parte atrescit, & rursum si ambe circulū umbræ ingressæ fuerint, tota obtenebrabitur. Poteris etiam si libuerit, filo tres innectere margaritas, ut ea quæ corporis lunaris centrum atque latitudinem ostendit, immobilis maneat, reliquæ uero duæ eiusdem corporis dicto modo extremitates commonstrent.

Exemplum. Anno Christi currente 1536. in mense Octobri inuenio medianam oppositionem habere dies uigintinouem, horas tres, & minuta uiginti. At æquationem lunare colligo ex figura æquationū, horas nouem, & minuta circiter uiginti, & æquationē solarem, horas duas atque minuta triginta, utramq; cum titulo, minue. Minutis itaq; duabus illis æquationibus, nempè undecim horis & 50. minutis ab oppositione media, relinquetur uera opposito, nempè dies uigintiocto, horæ quindecim atque minuta triginta. Porro uerum locum Lunæ ad idem tempus inuenio in quindécimo gradu Tauri, qui quæsusitus in figura latitudinis Lunæ, ostendit Lunæ in ipsa oppositione habere latitudinem trium graduū. Impossibilis est igitur lunaris eclipsis in illa oppositione, cum corpus lunæ plus quā duobus gradibus in ipsa oppositione absistat à circumferentia umbræ, declinetq; in Austrum. Transeamus itaque ad proxime futuram oppositionem quæ cadit in Nouembrem, & uideamus num illa futura sit circa caput aut caudam draconis, passuraq; sit eclipsim. Inuenio autem medianam Nouembri oppositionem cadere in diem 27. horam 10 atque minutam 4. Æquationem uero Lunæ, inuenio habere horas nouem, & minuta circiter uigintiquinque cum titulo, minue, & æquationem Solis trigintaquinque minuta cum titulo, minue. Subtractis autem minutis trigintaquinque atque uigintiquinque à media oppositione, relinquitur uera oppositio, nempè dies uigintiseptem, horæ sex minutum nullum. Consequenter quero ad idem temporis momentum locum Lunæ uerū, inuenioq; illum in sedecimo gradu Geminorum, & is gradus quæsusitus in figura latitudinis Lunæ, ostendit Lunam tempore ueræ oppositionis habere latitudinem circiter uigintiocto minutorum. Pergo itaque ad instrumentum eclipsium lunarium, & numero in scala latitudinis memorata uigintiocto minuta, uoluoq; ad eorum terminum margaritam fili, ac deinde quæro in limbo argumentum lunæ, quod tempore oppositionis est nouem signum, & adhibeo filū cum margarita punctis illius umbræ, & inuenio eclipsim illam habere ferè undecim puncta, & minuta casus nonagintanouem, id est, horam & trigintanouem minuta, quod tempus duplicatum manifestat totam durationem eclipsis. Et si ultrà cupis uidere figuram corporis lunaris in umbra, moue aliam margaritam à loco margarite tenentis latitudinem Lunæ sedecim minutis (tanta enim est semidiameter Lunæ in eo epicycli loco) & similiter moue margaritam iam pro latitudine

latitudine Lunæ stabilitam à sede sua per sedecim minuta, & continebunt illæ duæ margaritæ intercapidinem totius corporis lunaris, ostendentes si filum ab una circumferentia umbræ ad aliam moueat, quantum corpus Lunæ ingressurum sit septa umbræ. Hic obijcet mihi aliquis: Video opus esse præcisa & exacta operatione, præsertim in investigatione latitudinis Lunæ, si enim illa iusta habetur, facile habebitur totius eclipsis status, at instrumentum tuum est minus quam ut hinc cum tanta præcisione hæc omnia elici possint. Ad hæc respondeo, talem, quisquis fuerit, non iniuste querelas mouere, & idcirco libuit ulteriores ferre suppetias in operatione tam amœna. Repetemus autem calculationem oppositionum, & illam aliquanto diligentius scrutabimur. Certam itaque horam & minutum oppositionis in quocunq; mense hac industria inquires. Accipe ex superiori tabula radicem mediæ coniunctionis, quæ cadit in Ianuarium & scribe eam seorsum; deinde intrabis sequentem mensium tabellam, & cuiuscunque mensis uis habere medium coniunctionem, mox præcedentis mensis accipies dies, horas & minuta, & subtrahes ab annotata radice, habebisq; medium coniunctione tui mensis: cui si adieceris tempus interualli coniunctionis & oppositionis, nempè dies 14. horas 18 & minuta 22. habebis medium oppositionem præcisius quo calculari potest. In anno tamen bisexto oportet temporis mensiū post Februarium adiçere adhuc unū diem.

	Dies	Horæ	m̄
Ianuarius	1	11	16
Februarius	29	11	16
Martius	1	9	48
Aprilis	1	21	3
Maius	3	8	18
Iunius	3	19	35
Iulius	5	6	51
Augustus	6	18	7
September	7	5	23
October	8	16	39
Nouember	9	3	55
December	10	15	11
Feb. in bissex.	•	22	32

Exemplum. Anno Christi currente 1556. uolo querere oppositionem quæ cadit in Nouembrem, & radicem quidem primæ mediæ coniunctionis inuenio, dies 22. horas 14. atque minuta 21. à quibus si subtraxero tempus erogatione Octobris positum (is enim mensis mox præcedit Nouembrem) unā cum die bissexti, manebit tempus mediae coniunctionis Nouembri, & huic rursus adiçio tempus oppositionis, nempè dies 14. horas 18. atque minuta 22, & colligo medium oppositionem illius mensis,

quæ

quæ scilicet habebit dies 27. horas 16. & minuta 4. Aequationes Lunæ & Solis quæres ex instrumento ut suprà docuimus. Argumentū quoq; Lunæ quæres ut suprà: at medius motus Lunæ aliquāto diligentius est inuestigandus adiumento sequentium tabularum. Inuenta enim radice mediæ motus ut suprà suo loco est signata, supputabis tēpus quod interim in mensibus, diebus atq; horis effluxit, & cum illo colliges ex sequentibus tabulis motū Lunæ in signis, gradibus atq; minutis, & adiçies radici. Etsi numerus signorum excesserit 12. ab iūcīs 12. & residuum habebis pro medio motu Lunæ. In anno tamen bissexto post Februariū in diebus, crastinus dies est capiens pro hodierno.

Menses	S	G	m̄	Dies	S	G	m̄
Ianuarius	1	18	28	1	0	13	10
Februarius	1	27	24	2	0	26	21
Martius	3	15	52	3	1	9	32
Aprilis	4	21	10	4	1	22	42
Maius	6	9	38	5	2	5	53
Iunius	7	14	56	6	2	19	3
Iulius	9	3	24	7	3	2	14
Augustus	10	21	52	8	3	15	25
September	11	27	9	9	3	28	35
October	1	15	37	10	4	11	46
Nouember	2	20	55	11	4	24	56
December	4	9	25	12	5	8	7
				13	5	21	18
				14	6	4	28
				15	6	17	39
				16	7	0	49

Horæ	G	m̄	Horæ	G	m̄	Horæ	G	m̄
1	0	33	13	7	8	19	8	10
2	1	6	14	7	41	20	8	23
3	1	39	15	8	14	21	9	6
4	2	12	16	8	47	22	9	19
5	2	45	17	9	20	23	10	3
6	3	18	18	9	53	24	10	16
7	3	55	19	10	26	25	10	29
8	4	23	20	10	59	26	11	12
9	4	56	21	11	32	27	11	25
10	5	29	22	12	5	28	0	8
11	6	2	23	12	38	29	0	22
12	6	35	24	13	10	30	1	5

Exemplum. Pro tempore oppositionis ueræ Nouembri, quæ habet dies 27. horas 6. minutum nullum, colligo medium motum Lunæ sic. In radice inuenio signum nullum, gradus 13. atque minuta 15. October vero completus habet signum unū, gradus 15. & minuta 57. Et 27. dies una

unā cum die intercalari, qui sunt 28. dies, habent signum nullum, & radus octo, atq; minuta 56. Horis vero sex respondent gradus 3. & minuta 18. Colligam iam omnes hos gradus atq; minuta, & addam eos simul, & inueniam medium motum Lunæ pro tempore ueræ oppositionis in 2. signo Geminorū, in undecimo gradu atq; sexto minuto eiusdem signi. Quibus si adiecerō æquationem argumenti Lunæ, quam ex epicyclo Lunæ inuenio quatuor graduum atque 50. minutorum, emerget uerus locus Lunæ, nempe signa 2. gradus 16. atq; minuta 2. Latitudinem proinde Lunæ hoc pacto diligentius quam suprà ex subscripta regula inueniam. Accipio namque radicem capitis draconis ut suprà suo signata est loco, & scribo illā seorū. Deinde supputo tempus quod transiit à principio anni usque ad horam ueræ oppositionis, in mensibus atq; diebus, & cum mensibus completis, atque cum diebus completis ingredior sequentes tabellas mensium & dierum, & quod in gradibus atq; minutis inuenero addo simul, & totū subtraho à radice capitis draconis, & remanebit uerus locus capitis draconis pro hora meæ oppositionis.

	Grad	m	Dies	G	m
Ianuarius	1	39	1	0	3
Februarius	3	8	2	0	6
Martius	4	46	4	0	13
Aprilis	6	22	6	0	19
Maius	8	9	8	0	26
Iunius	9	36	10	0	32
Iulius	11	14	12	0	38
Augustus	12	52	14	0	45
September	14	28	16	0	51
October	16	6	18	0	57
Nouember	17	42	20	1	4
December	19	20	22	1	10
		24	1	16	
		26	1	23	
		28	1	29	
		30	1	36	

Exemplum. Suprà inueni ueram oppositionem in Nouembri continere die uicesimo septimo, hora sexta atque minuto nullo. Ad quod tempus supputo uerum locum Lunæ, & inuenio illam ut prius in 16. gradu genitorum: caput autem draconis iuxta predicta inuenio in 21. gradu & decimoquinto minuto geminorum. Vnde colligo corpus Lunæ in ipsa uera oppositione distare à capite draconis 5. gradibus atque 15. minutis.

Nam numerus minor subtractus à maiori id indicat. Cū hac itaq; distantia ingredior sequente tabellam, & erogione eius offendio minuta latitudinis Lunæ, nempe 28. cū quibus si ingressus fuero figurā eclipsis, inueniā puncta ecliptica atq; minuta casus, &c.

	Distantia	Latitudo	Distantia	Latitudo
	Grad.	m	Grad.	m
0	20	2	8	0
0	40	3	8	20
0	5	8	40	45
1	20	7	9	0
1	40	9	9	20
2	0	10	9	49
2	20	12	10	0
2	40	14	10	20
3	0	15	10	40
3	20	17	11	0
3	40	19	11	20
4	0	21	11	40
4	20	22	12	0
4	40	24	12	20
5	0	26	12	40
5	20	28	13	0
5	40	29	13	20
6	0	31	13	40
6	20	33	14	0
6	40	35	14	20
7	0	36	14	40
7	20	38	14	60
7	40	40	15	0

i 2 Eclipses

Eclipses solares quomodo per instrumenta sint calculande.

Canon XIII.

**S**olis eclipses rarius contingunt quam Lunæ, quod illæ sola coniunctione fiant corporum Solis & Lunæ, iste autem ingressus parui corporis lunaris in umbram terræ crassiorem. Fiunt qui dem singulis annis eclipses solares, sed quæ nobis in nostro climate non semper redduntur conspicue, ob usque latitudinis in diuersis terris variationem. Quanto enim latitudo regionis fuerit maior, tanto & usibilis Lunæ latitudo magis ac magis crescit. Vnde sit, ut Thunetanus in Aphrica apparet eclipsis Solis, quæ nobis Germanis minime conspicua redatur, aut non tanta apparet, quanta ab illis uideatur, & econtra. Sed hec ad Theoricas pertinent: hic autem practicam docebimus. Cum itaque eclipsim solarem uolueris supputare ex nostris instrumentis, primum necesse est ut quæras ex superioribus ueram luminarium coniunctionem. Deinde ad idem tempus uere coniunctionis querere uerū Lunæ locum, & item caput atque caudam draconis, & ne incassum labores, aduerte si Luna sit septentrionalis aut meridionalis. Si est septentrionalis, & locus eius distiterit à nodo capituli aut caude minus 20. gradibus, aut si fuerit meridionalis, & distiterit à memoratis nodis minus septem gradibus, possibilē poteris prædicare eclipsim. Quod autē assignantur tam inæquales termini in hac & ista latitudine, id noueris in terra nostra accidere ob magnā regionis nostre latitudinē. Sub æquatore uero idē & æquales limites utrinque assignantur, quod illic nullus polorum super horizonta emineat. Cum igitur inuenieris Lunam inter metas eclipticas cancellari, procedes ad calculationem solaris eclipsis hoc pacto. Primum quære ueram luminarium coniunctionem, & aduerte si illa eueniat in die, alioquin frustra laborares si noctu contingeret. Secundo aduerte in quo signo Zodiaci moreſ Sole eo tempore. Tertio, considera quo horis & minutis coniunctio illa uera præcedat aut sequatur meridiem, ut si hora nona ante meridiem contingenteret, præcederet meridiem tribus horis: si prima post meridiem contingenteret, sequeretur una hora. Hanc itaq̄ distantiam à meridie diligenter obserua. Quarto cum distantia coniunctionis ueræ à meridie intra figuram, cuius titulus est instrumentum distantie coniunctionis usibilis à uera, & quære in communi concursu distantie atque signi, in quo moratur Sol, distantia usibilis coniunctionis à uera, & eam secundum exigentia tituli addē uel minue à coniunctione uera, & proueniet tempus coniunctionis usibilis. Numerabis autem distantiam coniunctionis ueræ à meridie, in scala horarum, & ad terminum eius transferes nodulum filo adhærentē, & deinde traducto filo ad signum in quo moratur Sol, ostendet nodulus inter puncta, quæ sub eo signo

eo signo cum suis numeris descendunt, minuta distantiae usibilis coniunctionis à uera. Titulum uero, adde uel minue, inuenies e regione scalæ horarum, in altera semicirculi extremitate. Quinto, inuenito tempore usibilis coniunctionis, quæres ad idem tempus argumentum Lunæ, & item latitudinem Lunæ, id ē præcisius quō potueris, eo modo quo in eclipsibus lunaribus docuimus inuentionem exacte latitudinis Lunæ. Hanc cum titulo suæ partis seorsum seruabis. Sexto cum distantia coniunctionis ueræ à meridie, cum signo in quo moratur Sol, & item cum argumento Lunæ ingredere figuram diuersi aspectus Lunæ in eclipsibus, querendo distantiam coniunctionis ueræ à meridie in scala horarū, & promouendo margaritam in filo ad eius exitum. Porro signa Zodiaci in limbo descripta inuenies unā cum signis argumenti Lunæ: numerus 12. & 0. habet sub se diuersitatem aspectus quando Luna fuerit in auge epicycli aut prope: numeri autem 9. & 3. ostendunt sub se illam diuersitatem cum Luna fuerit in longitudine media aut prope, & numerus senarius quādō fuerit in opposito augis epicycli. Itaque margarita in filo ad exitum distantiae coniunctionis ueræ à meridie promota, & filum ad argumentum Lunæ translatū in signo Zodiaci, in quo moratur Sol, ostendet minuta diuersi aspectus Lunæ, hoc est, usibilem Lunæ latitudinem, quæ semper est meridionalis. Latitudo autem Lunæ uera, quam suprā te iussimus querere aliquādo est meridionalis, & aliquando septentrionalis. Hę itaque duę latitudines, uera & usibilis iam ueniūt examinande, num eclipsim aliquam & quantam efficiere possint. Ages autem sic. Si latitudo Lunæ uera est meridionalis, adde eam latitudini usibili, quam diximus semper esse meridianam, & proueniet latitudo composita, quam tamen alij absolute uocant latitudinem usiblē. Et hæc si maior fuerit trigintaquinq̄ minutis, impossibile est ut Luna aliqua ex parte Solem obscurat. Nam à centro corporis solaris ad circumferentiam eiusdem ad plus decem & septem numerātur minuta, & ab extremitate corporis lunaris (Luna in opposito augis epicycli constituta) ad centrum eiusdem numerantur decem & octo minuta, & has semidiametros si simul addideris efficiunt latitudinem trigintaquinq̄ minutorum, sub qua scilicet latitudine extremitas unius corporis contingit circumferentiam alterius corporis, sed non obscurat. Quod si maior fuerit latitudo, longius à se remouebuntur duorum illorum corporum extremitates. Enhabes rationem, quare ultra latitudinem trigintaquinq̄ minutorum eclipsis solaris fieri non possit. Cæterum si latitudo Lunæ uera fuerit septentrionalis, subtrahes eam à latitudine usibili si minor fuerit, & quod relinquatur in minutis, erit latitudo Lunæ usiā meridiana. Si latitudo uera, & septentrionalis maior fuerit usibili, subtrahes usibilem à uera, & reli-

ctum erit latitudo Lunae uisa septentrionalis, que si maior fuerit 35. minuti, impossibile erit ut sub ea contingere possit eclipsis. Septimo, inuenita latitudine ecliptica, inuestigabis puncta ecliptica & minuta casus hoc pacto. Ingredere figuram eclipsium solarium cum latitudine uisa, illi & cū argumento Lunæ, & offerentur tibi in cōmuni angulo puncta ecliptica & minuta illapsus.

Duorum librorum Theoricarum Planetarum per Sebastianum  
Munsterum conscriptorum, Finis.

ORGANA PLANE-  
TARVM




SEBASTIANVS MUNSTERVS  
ad Lectorem.

MABES hic, optime lector, Organia septem Planetarum, in quibus miro  
pendio & medius & uerus motus per circulos exprimitur; omnium ecen-  
tricatum habita ratione. Addita sunt & instrumenta, eodem fabrefacta inge-  
nio, quae continuas Luminarium ualutaciones, hoc est, coniunctio-  
nes, oppositiones, & eclipses Solis atq; Lunæ per sin-  
gulos menses & annos ad amissim demon-  
strat, quibus omnibus ne quid de-  
sideraretur, succincti adiecti  
sunt canones.



# Saturnus

Medius Saturni in signifero motus.




Canon medi⁹ motus.

Trahe filum ex centro per diem anni quemcunq; uolueris, ad signif-  
erum, & ostendet tibi signum & gradum in quem definit medius motus.  
Offerent quoq; in eodē situ sub zodiaco gradus centri, iuxta tituli exigent  
iam addendi uel minuendi à medio motu atq; medio argumento.

Saturnus

# Saturnus

Medium & uerum Saturni in epicyclo argumentum;



Canon argumenti atq; ueri motus.

Extende filum ad diem propositum, & ostendet in circumferentia epicy-  
cli medium argumentum, cui si adieceris aut substraxeris ab eo gradus cen-  
tri, emerget uerum argumentum, sub quo inuenies æquationem, adden-  
dam uel minuendam à medio motu, & consurget uerus planetæ locus. Ä.  
equationes primi circuli sunt capienda quando medius motus est prope au-  
gem, secundi, quando est circa longitudinem medianam, & tertij, quando est  
prope oppositum augis.

A 2 Jupiter

# Jupiter

Medius Iouis in zodiaco locus.




Canon mediū motus.

Medius motus Iouis habetur, si filum ad diem propositum in zodiaco extendatur, & idem, si accesserit uel subtracta fuerit æquatio sibi respondens, ostendet centrum epicycli in signifero, hoc est, medium æquatum motum.

Jupiter

# Jupiter

Medium & uerum Iouis in epicyclo argumentum.




Canon argumenti & ueri motus.

Argumentum Iouis mediū habetur, si filum diei proposito fuerit super positum, & uerum, si ei accesserit uel remotâ fuerit æquatio centri. Porro si filum tractum ad argumentum uerum, ostendet in circulis equationum argumēti, quot gradus sint uel addendi uel minuendi ab eodem medio motu, ut habeatur uerus planetæ locus.

A 3 Mars

# Mars

Medius & equatus Martis in signifero motos.




Extensum filum ad diem quē institueris, demonstrabit, in signifero gra-  
dum medi planetæ loci, & item quot gradus æquationis sint uel addendi  
uel subtrahendi ab eodem medio motu, ut uerus centri epicycli habeatur  
locus, qui est medius & equatus planetæ locus.

Mars

# Mars

Medium & uerum Martis in epicyclo argumentum.




Filum traductum ad diem propositū, primo ostendit medium argumen-  
tum, cui si addatur uel ab eo deinatur æquatio centri, residuum manebit ue-  
rum argumentum, ad cuius sedem in circulo accommodo offerentur gra-  
dus æquationis argumenti, addendi uel minuendi à medio & equato pla-  
netæ motu, & procreabitur uerus eius motus.

Sol

# Sol et Venus

Solis & Veneris medium in signifero motus.




Canon medi⁹ motus.

Medium motum Solis & Veneris indicat filum, ad signiferum per certum anni diem extensum. Aequatio autem sub eadem extensione inuenta, addita vel subtracta a medio motu, producit uerum motum Solis, qui est ex quatus medius motus Veneris, siue uerius locus centri epicycli eius.

Venus

# Venus

Medium & uerum Veneris in epicylo argumentum.




Canon argumenti a t̄q ueri motu.

Medium argumentum Veneris habetur extensio filii ad diem competentem: uerum autem, additione vel subtractione aequationis centri. E regione huius ueri argumenti, offertur aequatio argumenti, addenda vel minuenda a medio & aequato motu. Extremus aequationum circulus inseruit aui, interior opposito augis, & medius longitudinibus medijs.

B Mercurius

# Mercurius

Medius Mercurij in signis ero motus.




Canon mediū motus.

Expande filum ad diem intentū, & uidebis in zodiaco gradum in quem definit medius Mercurij motus, cui si addideris uel ab eo substraxeris æquationem centri sub eodem filo inuentam, procreabis uerum centri epicycli motum, siue æquatum medium motum.

Mercurius

# Mercurius

Medium & uerum Mercurij in epicyclo argumentum.




Canoni argumenti atq; ueri motus.

Quare in calendario diem propositum, & per illum extende filum, & ostenderit in limbo medium planetæ argumentum, cui si superaddideris æquationē centri, uel remoueris eam ab eo iuxta tituli exigentia, inuenies uerum argumentum: sub quo si acceperis æquationem in uno trium circulorum, qui loco mediū motus congruerit, & illam adieceris medio motui uel substraxeris ab eo, relinquetur uerus planetæ motus.

B 2 Luna

# Luna

Medius motus Lunæ, seu centrum epicycli.




Canon mediū motus.

Quære in calendario diem & horam, in qua locū Lunę scire desideras  
(sumitur autē hodiernę diei initium ab hesterno meridie, & ab hodierno  
meridie incipit crastinus dies) & per punctum eius traduc filum ad Zodia-  
cum, & ostendet gradum mediū motus, quem tenet centrum epicycli pro  
hora tuę considerationis.

Luna

# Luna

Argumentum Lunæ quomodo & quandum.



Canon & equationis argumenti.


Trahe filum ad diem & horam propositam, ut in medio motu fecisti, &  
ostendet gradus in limbo, addendos uel minuendos ab argumēto medio,  
quos cum suo titulo ad partē seruabis. Aduertes etiam in eadem fili exten-  
sione signum limbi quod occupat filum, num sit primum, secundum, deci-  
mum uel uicesimum, & illud quoq; seorsum seruabis.

B 3 Lunæ

# Luna

Medium & uerum Lunæ in epicyclo argumentum.

lunæ




Canon argumenti atq; ueri motus Lunæ.

Quære primo in circulo paruo signum æquationis suprà ad partem seruatum, & moue illuc filum atq; margaritam illi innexam. Deinde trahe filum addiem propositum, & ostendet in limbo argumentum medium; cui adjicito uel remoue ab eo, secundū quod titulus postulauerit, æquationem argumenti seorsum conseruatum, & habebis argumentum uerum, ad cuius sedē si extēderis filū, ostendet nodulus, quot gradus sint addēdi uel minuendi à medio motu ut habeatur in zodiaco Lunæ locus.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

# Coniunctiones

Luminarium mediæ coniunctiones, oppositiones & quadrature.




Canon medianarum coniunctionum.

Cum uolueris scire medianam alicuius mensis coniunctionem, oppositionem, primam aut secundam quartam, trahe filum ad faciem nigrâ representantem coniunctionem Lunæ & Solis, uel ad faciem oppositam, que oppositionis gerit uicem & aduerte in circulo mensium, quem diem tui mensis & horam filum intersecet, & habebis diem & horam in quam media illa oppositio aut coniunctio cadit. Idem iudicium est de quartis.

Coniunctiones

# Coniunctiones

Luminarum uerū coniunctiones, oppositiones & quadraturæ.




Canon uerarum coniunctionum, oppositionum &c.

Quære ex superioribus uerum locum Solis atq; uerum argumentū Lunæ. Argumentum Lunæ supputa in exteriori limbo, sub quo in circulo quartarum, si quæris quartam, aut in circulo coniunctionum atq; oppositionū, si quæris coniunctionē &c. inuenies horas addendas uel minuendas à media coniunctione uel oppositione. Rursum quære argumentum Lunæ sub ipso zodiaco in paruo circulo, & moue ad finem eius nodulum filo adherentem, & deinde traduc filum ad gradum Solis, & ostendet nodulus horas addendas uel minuendas à media coiunctione, oppositiōe aut quarta.

Saturnus

# Saturnus

Latitudo Saturni quomodo inuestiganda.




Canon latitudinis.

Quære ex superioribus medium æquatum motum Saturni atq; uerum eius argumentum. Argumentum numera in epicyclo & ad exitum eius promoue margaritam filo innexam. Deinde transfer filum in zodiaco ad medium æquatum motum, & indicabit nodulus quot gradibus planeta uerat in Austrum uel Aquilonem.

C Jupiter

# Jupiter

Organum latitudinis Iouis.




Canon latitudinis.

Inuestigato medio æquato motu atq; argumento uero Iouis ex organis longitudinis eius, quære argumentum in epicyclo, & ad terminum eius transfer filum atq; adapta margaritā, quo facto, extende filum per gradum mediū æquati motus, & ostendet margarita latitudinem planetæ.

# Mars

Latitudinis Martis exquisitus calculus.




Canon latitudinis.

Quære ex superiori instrumento Martis uerum motum centri epicycli, qui est medius æquatus motus, & uerum argumentum, & cum argumen-  
to ingredere in scalam, quam uides præsenti instrumento in sui fastigio in-  
sertam, & ad eius exitum moue granulum. Deinde extende filum in zo-  
diaco ad gradum mediū æquati motus, & ostendet nodulus planetæ latitu-  
dinem.

C 2 Sol

# Sol

Organum declinationis Solis




Canon declinationis.

Ad inueniendum declinationem Solis, opus est sola filii extensione ad ue  
rum locum Solis in Zodiaco. Nam singulis gradibus Solis, suę additę sunt  
in extremo circulo declinationes. Numeri significant gradus.

Venus

# Venust

Triplex Veneris Latitudo quomodo inuestiganda.



Canon latitudinis.

Opus est hic medio æquato motu atq; uero argumento. Medius mo  
tus in Zodiaco quæsitus, ostendet in mox subiecto circulo minuta deuia  
tionis, que semper est septentrionalis. Hanc seorsum seruabis. Declinatio  
nem autem sic inuenies. Quære argumentum in epicyclo, & ad eius termi  
num moue filum atq; nodulum eius, & deinde transfer filum ad gradum  
medij motus, & ostendet nodulus partem latitudinis. Reflexionē uero sic  
deprehendes. Trahe filū ad gradum medij motus & in propinquiori epi  
cyclo quære argumentum, & ostendet titulus epicycli an reflexio sit austra  
lis uel septentrionalis.

C 3 Venus

# Venus

TABVLA DECLINATIONIS VENERIS.

### Argumentum ♀ completum.

## Argumentum.

## Tabula declinationis Veneris.

Medium planetę motum quære in signis à Ięua descendētibus , argu-  
mentum autem in capite uel in pede , & inuenies in cōmuni eorum angulo  
declinationem Veneris in gradibus & minutis . Titulum latitudinis p̄ebet  
mox p̄cedens instrumentum .

Venus

# Venus

T A B V L A R F F L E C T I O N I S V R N E R I S

### Argumentum Veneris completum.

Initiaſi-	O	I	2	3	44	5	S	G	S
gnorum, G	G	M	G	M	G	M	G	M	G
ꝝ Ꝛ o	0	0	0	41	1	20	1	57	2
15	0	0	0	40	1	16	1	55	2
ꝝ Ꝛ o	0	0	0	36	1	10	1	45	2
15	0	0	0	28	0	55	1	22	1
X ꝑ o	0	0	0	20	0	40	0	58	1
15	0	0	0	11	0	20	0	29	0
Y ꝑ o	0	0	0	0	0	0	0	38	0
15	0	0	0	11	0	20	0	29	0
ꝝ m o	0	0	0	20	0	40	0	58	1
15	0	0	0	28	0	55	1	22	1
II ꝑ o	0	0	0	36	1	0	1	45	2
15	0	0	0	40	1	16	1	55	2
				Argu mentū.				S	G
	12	11	10.	9	8	7	6	15	6


### **Canon reflexionis.**

Ingredere præsentem tabellam cum medio motu atq; argumento Ve  
neris, & offertur tibi in communi eorum concursu latitudo reflexionis in  
gradibus atq; minutis. Partem mundi suppeditat organum latitudinis Ve  
neris. Memoratas tres latitudines adde simul si habuerint unū & eundem  
titulum, aut subtrahe minorē à maiori, si diuersos habuerint titulos, & re  
liquetur uera planetæ latitudo.

## Mercurius

# Mercurius

Mercurij triplex latitudo quomodo exploranda.



Canon latitudinis.

Quare ex instrumentis motuum Mercurij medium & quatum motum atque uerum argumentum. E regione medij motus offeruntur tibi in praesenti instrumento minuta deviationis, quae in Mercurio semper est meridionalis. Hanc inuentam seorsum seruabis. Inclinationem epicyclicam inuestigabis. Numera argumentum in uno epicyclorum & ad exitum eius moue margaritam cum filo, & deinde translato filo ad gradum medij motus, ostendet margarita partem latitudinis. Reflexionem uero sic inuenies: Quare gradum medij motus in zodiaco, & aduerte quis epicyclorum sit illi gradu uiuinior, & in illo recense argumentum, & ostendet tibi an reflexio sit aquilonaris uel australis.

Mercurius

# Mercurius

T A B U L A D E C L I N A T I O N I S M E R C V R I I .

Argumentum Mercurij completum.

Initia signorum	S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S
Gr.	0	0	0	0	2	0	2	15	3	0	3	15
m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m	gr. m
o	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
10	0	17	0	16	0	10	0	50	0	0	70	14
20	0	35	0	30	0	20	0	11	0	0	13	0
II	30	0	53	0	48	0	30	0	16	0	0	20
F	10	1	8	1	0	0	40	0	20	0	0	27
20	1	19	1	12	0	45	0	24	0	0	30	1
25	P	30	1	28	1	20	0	50	0	27	0	0
10	1	41	1	30	0	55	0	30	0	0	35	1
20	1	43	1	33	0	57	0	31	0	0	37	1
Ω	30	1	46	1	36	0	59	0	32	0	0	39
10	1	43	1	33	0	57	0	31	0	0	37	1
20	1	41	1	30	0	55	0	30	0	0	36	1
mp	X	30	1	28	1	20	0	50	0	27	0	0
10	1	19	1	12	0	45	0	24	0	0	30	1
20	1	8	1	0	0	40	0	20	0	0	27	0
25	Y	30	0	53	0	48	0	30	0	16	0	0
10	0	35	0	30	0	20	0	11	0	0	13	0
20	0	17	0	16	0	10	0	50	0	0	70	14
m	30	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0

Argumentum.

S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G S	G	
12	0	11	0	10	0	9	15	9	0	8	15	8	0

Canon declinationis.

Quare in signis Zodiaci ad leuam depictis medium Mercurij motum, & argumentum in capite uel infrà in calce, & gradus atq; minuta quos in eorum concurso inuenieris, erunt declinatio planetæ, quibus adiicies titulum partis in præmissa figura inuentum.

D Tabula

# Mercurius


## TABVLA REFLEXIONIS MERCVRIV.

Argumentum Mercurij completum.

		S	G	S	G
Initia hi gnorū.	G	0	1	2	3
	gr.	gr.	gr.	gr.	gr.
V	m	0	0	0	49
		0	0	1	34
		2	6	2	14
		3	1	34	0
		4	1	54	0
		5	1	24	0
		6	0	46	0
		7	0	0	0
II	†	0	0	0	42
		0	0	1	24
		1	46	1	54
		2	16	1	35
		3	1	43	1
		4	1	16	0
		5	0	39	0
		6	0	0	0
		7	0	24	0
		8	1	47	1
		9	1	31	7
		10	0	7	0
		11	0	47	0
		12	0	27	0
		13	0	0	0
		14	0	0	0
		15	0	0	0
		16	0	0	0
		17	0	0	0
		18	0	0	0
		19	0	0	0
		20	0	0	0
		21	0	0	0
		22	0	0	0
		23	0	0	0
		24	0	0	0
		25	0	0	0
		26	0	0	0
		27	0	0	0
		28	0	0	0
		29	0	0	0
		30	0	0	0
		31	0	0	0
		32	0	0	0
		33	0	0	0
		34	0	0	0
		35	0	0	0
		36	0	0	0
		37	0	0	0
		38	0	0	0
		39	0	0	0
		40	0	0	0
		41	0	0	0
		42	0	0	0
		43	0	0	0
		44	0	0	0
		45	0	0	0
		46	0	0	0
		47	0	0	0
		48	0	0	0
		49	0	0	0
		50	0	0	0
		51	0	0	0
		52	0	0	0
		53	0	0	0
		54	0	0	0
		55	0	0	0
		56	0	0	0
		57	0	0	0
		58	0	0	0
		59	0	0	0
		60	0	0	0
		61	0	0	0
		62	0	0	0
		63	0	0	0
		64	0	0	0
		65	0	0	0
		66	0	0	0
		67	0	0	0
		68	0	0	0
		69	0	0	0
		70	0	0	0
		71	0	0	0
		72	0	0	0
		73	0	0	0
		74	0	0	0
		75	0	0	0
		76	0	0	0
		77	0	0	0
		78	0	0	0
		79	0	0	0
		80	0	0	0
		81	0	0	0
		82	0	0	0
		83	0	0	0
		84	0	0	0
		85	0	0	0
		86	0	0	0
		87	0	0	0
		88	0	0	0
		89	0	0	0
		90	0	0	0
		91	0	0	0
		92	0	0	0
		93	0	0	0
		94	0	0	0
		95	0	0	0
		96	0	0	0
		97	0	0	0
		98	0	0	0
		99	0	0	0
		100	0	0	0
		101	0	0	0
		102	0	0	0
		103	0	0	0
		104	0	0	0
		105	0	0	0
		106	0	0	0
		107	0	0	0
		108	0	0	0
		109	0	0	0
		110	0	0	0
		111	0	0	0
		112	0	0	0
		113	0	0	0
		114	0	0	0
		115	0	0	0
		116	0	0	0
		117	0	0	0
		118	0	0	0
		119	0	0	0
		120	0	0	0
		121	0	0	0
		122	0	0	0
		123	0	0	0
		124	0	0	0
		125	0	0	0
		126	0	0	0
		127	0	0	0
		128	0	0	0
		129	0	0	0
		130	0	0	0
		131	0	0	0
		132	0	0	0
		133	0	0	0
		134	0	0	0
		135	0	0	0
		136	0	0	0
		137	0	0	0
		138	0	0	0
		139	0	0	0
		140	0	0	0
		141	0	0	0
		142	0	0	0
		143	0	0	0
		144	0	0	0
		145	0	0	0
		146	0	0	0
		147	0	0	0
		148	0	0	0
		149	0	0	0
		150	0	0	0
		151	0	0	0
		152	0	0	0
		153	0	0	0
		154	0	0	0
		155	0	0	0
		156	0	0	0
		157	0	0	0
		158	0	0	0
		159	0	0	0
		160	0	0	0
		161	0	0	0
		162	0	0	0
		163	0	0	0
		164	0	0	0
		165	0	0	0
		166	0	0	0
		167	0	0	0
		168	0	0	0
		169	0	0	0
		170	0	0	0
		171	0	0	0
		172	0	0	0
		173	0	0	0
		174	0	0	0
		175	0	0	0
		176	0	0	0
		177	0	0	0
		178	0	0	0
		179	0	0	0
		180	0	0	0
		181	0	0	0
		182	0	0	0
		183	0	0	0
		184	0	0	0
		185</td			

# Eclipsis

Instrumentum eclipsium lunariorum.




Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

# Lunae

Canon eclipsationis lunaris.


Cum Luna in oppositione uera non distiterit à capite uel cauda draconis ultra tredecim gradus, procedes ad calculationem eclipsis hoc pacto. Quære horam uerè oppositionis, & ad idem tempus, uerum locum Lunæ atque uerum eius argumentū. Cum loco Lunæ uero, quære in precedenti figura exactam latitudinem Lunæ. Et si illa maior fuerit 60. minutis, non continget eclipsis. Sin minor fuerit, quære latitudinem illam in scala latitudinis huius instrumenti, motaq; ad eam margarita filo inhærente, transferes filum ad argumentum Lunæ in exteriori instrumenti circumferentia numeratum, & ostenderes margarita puncta ecliptica, minuta casus atq; moram eclipsis.

D 3. Instru-



# Eclipsis

Instrumentum distantie coniunctionis uisibilis & uerae




Canon eclipsium Solarium:

A principio quare horam ueræ coniunctionis luminarium, & si illa interdiu contingat, procede ad inquisitionem ueri loci Lunæ & exacte latitudinis eius. Haec latitudo si fuerit septentrionalis & locus Lunæ distiterit à nodo capitis uel caude minus 20. gradibus, aut si fuerit meridionalis, distiterit qd Luna à dictis nodis minus 7. gradibus, possibilis est Solis eclipsis; agesq; in hunc modum. Numera horas à meridie ad tempus ueræ coniunctionis, & cum ea horarum distantia ingredere presens instrumentum, & inuenies sub eo signo in quo tunc moratur Sol, distantiam uisibilis coniunctionis à uera: quam secundum exigentiam tituli addes uel auferes à uera coniunctione, & emerget tempus uisibilis coniunctionis.

Instrumen-

# Solis

Instrumentum diuersi aspectus Lunæ in eclipsibus




Continuatio prioris Canonis.

Deprehensa uisibili coniunctione, quare ad idem tempus argumentum Lunæ atq; latitudinem eius, & seruabis seorum. Consequenter ingredieris præsens instrumentum (quod ostendit diuersum Lunæ aspectum) cum distantia coniunctionis ueræ à meridie, cum signo in quo moratur Sol, atq; cum argumento Lunæ, & elicies minuta diuersi aspectus Lunæ, qui semper est meridionalis, addesq; latitudini Lunæ, si & ea fuerit meridionalis, aut auferes ab ea si fuerit septentrionalis, & relictum ostenderet latitudinem Lunæ uisam: que si maior fuerit 35. minutis, impossibilis est eclipsis.

D 4 Figura

# Eclipsis

Figura eclipsium Solarium.



# Solis

Canon eclipsium solarium.

Inuenta uisibili coniunctione luminarium atque latitudine Lunæ uisibili, procedes hac industria ad inquisitionem eclipsis Solaris. Si latitudo Lunæ uisibilis minor fuerit 35. gradibus, intrabis cum ea figuram eclipsium solarium, querendo illam in scala latitudinis & promouendo ad exitum eius margaritam: quo facto, numerabis argumentum Lunæ in circumferentia instrumenti, translatoq; filo ad eum argumenti locum, ostendet margarita magnitudinem atque durationem eclipsis, hoc est, puncta ecliptica atque morain eius, siue minuta illapsus. Exempla nulla hic subscimus, quod hos canones pluribus & dilucidioribus uerbis in secundo libro descripsierimus, illisq; cōmoda adiecerimus exempla, que si studiosus lector semel aut secundo legerit sequutusq; fuerit in suo calculo, circa ullam difficultatem & absq; præceptoris adminiculo, sola horum canonum, quantumlibet succinctorum, manuductione, poterit inuestigare omnes omnium planetarum uarios motus, quos uel in longum habent, uel in latum. Interm uero illud à literatis & studiosis quibusq; impetrare cupio, ut boni consularint hos labores & sudores meos, & bene dicta gratis animis à me suscipiant, pro his autē que uel obscurius uel breuius scripsi, quām fortasse sim, pliū ratio postulauit, ueniam concedant, animūq; meum potius considerent quām scribentem manū. Id sanè ausim affirmare, me nihil necessariū aut utilium rerum pretermissem, sed que digna in publicū ædenda iudicauit, ea candido benevolentiq; animo studiosis impartiri uolui. Potuisse quidē hęc omnia per tabulas & numeros sine mieo labore, ut ego accepi à pia memorię Ioanne Stoefflero, trādere Mathematicæ disciplinæ studiosis, sed magis consultum arbitratus sum in rem eorum esse, numeros cōuertere in circulos & lineas, atq; tabulas mutare in instrumenta. Sic enim simul cum practica statuitur ob oculos speculatio ipsa, qua uarij illi & multiplices motus sunt à maioribus nō strīs deprehensi, ratioq; in promptu habetur, cur motus aliquis iam est uelox, iam tardus, iam uero ex directo fiat retrogradus: itemq; quare mediū aliquis motus iam præter argumenti æquationem habeat quoq; centri æquationem, alio uero tempore duntaxat unam recipiat æquationem, & aliquando nullam omnino: item quare omnes sex planetarum mediū motus habeant centri æquationem, in Luna autem non inueniatur, nisi quodd argumento eius nonnihil accedat æquationis, ob centri epicycli ab auge & opposito eius elongatione. Sed & ex instrumentis quæ inseruiunt latitudinibus planetarum atque coniunctionibus, oppositionibus & eclipsibus luminarium, mira posterunt trahi Theorematā, imò quæ ex usu ipso sese studiosis produnt atque

# Eclipsis Solis.

atque manifestant, id quod mihi contigisse scio, cum ex nuda & obscura  
Theoricarū descriptione, motus eorum qua ratione absoluērentur in suis  
orbibus comprehendere non possem, sed tantum crederem eos ita fieri  
quomodo mihi præscribabant, æstuaret autem interim animus, inqui-  
tus q̄ intra me esset, cupiens solidam scire ueritatem, casu aecidit, ut per-  
uenirem ad memoratum Ioannem Stoefflerum, aperiemq; illi animi mei  
angorem & pectoris inextricabile dubium, rogarem deniq; pro subsidio.  
Atille, ut erat totus candidus erga studiosos, citra ullum molestię signum  
produxit libros, quos manu propria conscriperat, & ex Alphonso alijsq;  
tabularum scriptoribus collegerat & ad tempora nostra iustos reddiderat,  
communicauitq; mihi liberaliter, & describendi fecit copiam, quin & faci-  
limam rationem calculandi eclipses ostendit, unde hæc nostra conflati-  
mus instrumenta. Et utinā tunc importunior suissem efflagitator, sic enim  
consuluissem & illius nomini & studiis quibusq; uindicassemq; optimā  
suppellestilem aut bonam eius partem ab edaci uulcano, qui post mortem  
huius uiri, totum eius relictum Thesaurum in fauillam redegit,  
non sine magno dolore bonorum uirorum, quos ho-  
die habet Tubingensis academia, cui in  
Mathematicis uir ille cum laude  
& gloria præfuit.

Instrumentorum planetarum atq; canonum  
eorundem Finis.



BASILEAE EX CVD EBBAT HENRI  
CVS PETRVS MENSE MAR  
TIO, ANNO,  
M. D. XXXVI.



416984




Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio



**SCAFFALI ONLINE**  
<http://badigit.comune.bologna.it/books>

Organum vranicum. Sebastianus Munsterus. Habes in hoc libro, amice lector, explicatas theoricas omnium planetarum, atque eorundem uarios, singulos & quotidianos ad annos usque c & ultrà expressos motus, Lunae quoque in lumine crescentis, senescentis & per eclipsim deficientis, & item Solis deliquium patientis, omnem uarietatem: quibus omnibus commodi adiecti sunt canones. - Basileae : apud Henricum Petrum, mense Martio 1536. (Basileae : excudebat Henricus Petrus, mense Martio 1536)

Collocazione 16. g. I. 13

<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO2874137T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0: http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: [archiginnasio@comune.bologna.it](mailto:archiginnasio@comune.bologna.it)